Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Marci Tullii Ciceronis oratoris clarissimi ad Herennium Rhetoricum nouorum liber primus [-vltimus]

https://hdl.handle.net/1874/461543

## Marci Tullij Ciceronis oratoris clariſſimi ad Herennium Rhetoricorum nouorum liber pri/
## mus feliciter incipit.

e Tſi negocijs familiaribus impediti vix ſatis ociũ
ſtudio ſuppeditare poſſimus: et id ipſũ quod datᷣ
ocij libencius in philoſophia conſumere conſueui/
mus: tua nos tamen Cai Herenni voluntas com/
mouit vt de racione dicendi conſcriberemus. ne aͭ
tua cauſa noluiſſe: aut nos fugiſſe laborẽ putares.
et eo ſtudioſius hoc negocium ſuſcepimus ꝙ te non ſine cauſa vel/
le cognoſcere rhetoricã intelligebaꝰ. Non eni parꝫ fructꝰ haꝫ copia
dicendi et commoditas orationis: ſi recta intelligentia et diffinita
animi moderatione gubernetur. Quas ob res illa que greci ſcrip/
tores inanis arrogancie cauſa ſibi aſſumpſere relinquimus. Nam
illi ne parum multa ſciſſe viderentur ea ꝯquiſiuerũt que nihil ad
propoſitum attinebant: vt ars difficilior cognitu videretur. Nos
autem ea que putauimus ad racionem dicendi pertinere ſũpſimꝰ.
Non enim ſpe queſtus aut gloria commoti venimus ad ſcriben/
dum quẽadmodũ ceteri: ſed vt induſtria noſtra tue morem geraꝰ
voluntati. Nunc ne nimium longa ſumatur oratio de re dicere in/
cipiemus. Sed ſi te illud vnũ monuerimus artem ſine aſſiduitate
dicendi non multum iuuare: vt intelligas hanc precepcionis roẽꝫ
ad exercitacionem accommodari oportere.

### De oratoris officio.

o Ratoris officium eſt de hijs rebus poſſe dicere: q̄
res ad vſum ciuilem moribus et legibus conſtitu/
te ſũt cum aſſẽſione auditorum quoad eius fieri
poterit. Tria ſunt genera cauſarũ que recipere
debet orator: demonſtratiuum deliberatiuum:
Judiciale. Demonſtratiuum genus eſt quod attribuitᷣ in alicuiꝰ
certe perſone laudem vel vituperium. Deliberatiuum eſt quod
poſitum in conſultacione habet in ſe perſuaſionem et diſſuaſionẽ.
Judiciale eſt quod poſitum in controuerſia habet accuſationem ĩ

ſe perſuaſionem et diſſuaſionem . Judiciale eſt quod poſitum in controuerſia habet accuſationem in ſe aut petitionem cum defen/ſione . Nunc quas res oratorem habere oporteat docebimus . Deide quomodo has cauſas tractari conueniat oſtēdemus. Opor/tet igit᷑ in oratore eſſe inuētionem : diſpoſitionem : elocutionem : memoriam et pronunciationem .

¶ De Inuentiōe

Inuentio eſt rerum verarum aut veriſimilium exco/gitatio : que cauſam probabilem reddant . Diſpoſi/tio eſt ordo et diſtributio rerum : que demonſtrat q̇d quibuſq; locis ſit collocandum . Elocutio eſt idoneo/rum verborum et ſentiarum ad inuentionem accommodatio . ¶ Memoria eſt firma animi rerum et verborum diſpoſitionis pre/ceptio . Pronunciatio eſt vocis : vultus : et geſtus moderatio cū venuſtate . Hec omnia tribus rebus aſſequi poterimus arte : i/mitatione : et exercitatione . Ars eſt preceptio que dat certam vi/am rationemq; dicendi . Imitatio eſt qua impellimur diligenti ratione : vt aliquorum ſimiles in dicendo eſſe valeamus . Exerci/tatio eſt aſſiduus vſus conſuetudoq; dicendi .

Quoniam igitur demonſtratum eſt quas cauſas oratorē recipere oporteat : quaſq; res habere conueniat : nunc queadmodum ad orationem poſſint oratoris officia accommodari dicendum videtur Inuentō in ſex partes orationis conſumitur : in exordiū : narr̄tōem : diſiōem : ꝯfir̄tōem : ꝯfutatōem et ꝯcluſionē Exordiū ē pricipiū orōis : per qđ anim⁹ auditoris et iudicis con/ſtituit᷑ vel apparatur ad audiendum . Narratio eſt rerum geſtaꝝ aut proide vt geſtaꝝ expoſitio . Diuiſio eſt per quā aperimus q̇d conueniat et quid in controuerſia ſit : et per quam exponimus q̇bꝫ de rebꝫ ſum⁹ dctūri . Cōfir̄tō ē nr̄oꝝ argumētoꝝ expō cū aſ/ſeuer̄tōe. Cōfutatō ē ꝯtr̄rioꝝ locoꝝ diſſolutō . Cōcluſio ē artificōſ⁹ ti⁹ or̄tōis. Nūc qm̄ vā cū or̄toris officijs q̇ r̄s ꝯgitu facilior eſſꝫ ꝓ/ducti ſu⁹ : vt de oratōis ꝑtibꝫ loq̄remur : ⁊ eas adinuētōis rōeꝫ accō/modare⁹ : de exordio p̄mo dicēdū videt᷑ . Cauſa poſita q̇ ꝯmodi⁹ exordiri poſſi⁹ ge⁹ caē ꝯſiderādū eſt .

## De .iiij. generibus cauſaꝝ

GEnera cauſarum ſunt quattuor honeſtum: turpe: dubi/
um : et humile . Honeſtum genus cauſe putatur . cum
aut id defendimus quod ab omnibus defendendum
videtur : aut id oppugnamus quod ab omnibus oppugnari vi/
detur debere : vt pro viro forti contra parricidam . Turpe genus
cauſe intelligitur : cum aut honeſta res oppugnatur : aut defendi/
tur turpis . Dubium genus eſt cum habet in ſe cauſa honeſtatis
et turpitudinis partem . Humile genus eſt cum contempta res ā/
tefertur . Cum hec ita ſint conueniet exordioꝝ rationem ad omne
genus cauſe accommodari . Exordiorum duo ſunt genera : Princi/
pium quod grece appellatur prohemium : et inſinuatio : que epo/
dos nominatur . Principium eſt cum ſtatim auditoris animū no/
bis idoneum reddimus ad audiendum . Id ita ſumitur : vt atten/
tos : beniuolos : dociles auditores hr̄e poſſiꝰ . Si geꝰ cauſe dubiū
habemus : a beniuolencia principium conſtitueꝰ :ne quid turpi/
tudinis pars illa nobis obeſſe poſſit . Si humile erit genus cauſe
faciemus attentos . Si turpe erit genus cauſe inſinuatione vten/
dū ē : de q̄ poſteriꝰ diceꝰ :niſi quid nacti erimꝰ : quare adūſarios
criminando beniuolentiam capere poſſimꝰ . Si honeſtū cauſe geꝰ
erit licebit recte vti vel non vti principio . Si vti principio vole/
mus : aut id oportebit oſtendere quare cauſa ſit honeſta : aut bre/
uiter quibus de rebus ſimus dicturi exponere . Si principio vti
nolemus a lege vel a ſcriptura aꝰ ab aliquo firmiſſimo noſtre cau/
ſe adiumento principium capere oportebit . Quoniam igitur do/
cilem beniuolum et attentum habere auditorem volumus : quō
quodq; eoꝝ confici poſſit aperiemus . Dociles auditores habere
poterimus ſi ſummam cauſe breuiter exponemus : et ſi attentos
eos faciemus . Nam docilis eſt ille qui attente vult audire . At/
tentos habebimus ſi pollicebimur nos de rebus magnis nouis i/
uſitatis verba facturos : aut de hijs rebus que ad rem publicam
pertineant: aꝰ ad eos ipſos qui audient: aut ad deoꝝ immortalium
religionem : aut pietatem nos eſſe dicturos . Et ſi rogabimus vt
attente audiant .et ſi numero exponemus res de quibus dicturi

ſumꝰ . Beniuolos auditores facere quattuor modis poſſuꝰ a nr̃a :
ab aduerſariorū :ab auditorū pſona : ⁊ a rebus ipſis. A nr̃a pſona
beniuolētiā ↄtrahemus ſi noſtrū officiū ſie arrogātia laudabimꝰ :
aut i rēpublicam quales fuerimꝰ aut i parētes aut i amicos aut i
eos ipſos qui audiunt aliquid referēꝰ : dūmō hec oīa ad eā ipſā
rē de qua agit̃ ſint accōmodata . Item ſi noſtra incommoda pro/
feremus inopiam : ſolitudinem : calamitatem . Et ſi rogabimus
vt nobis ſint auxilio ⁊ ſi ſimul oſtendemus in alijs ſpem nos hr̃e
noluiſſe . Ab aduerſariorum perſona beniuolentia captabitur : ſi
eos in odiū : in inuidiam : in contemptionem adducemus . In o/
dium rapiemus : ſiquid eorum ſpurce : ſuperbe : perfidioſe : cru/
deliter confidenter : malitioſe flagitioſe factum proferemus . In
inuidiam trahemus : ſi vim : potentiam : factionem : diuitias :
incontinentiam : nobilitatem : clientelas : hoſpitium ſodalitatē :
affinitates aduerſariorum referemus : ⁊ his adiumentis magis ꝙ
veritati eos confidere aperiemus . In contemptionem adducmeꝰ
ſi inertiam : ignauiam : deſidiam : luxuriam aduerſariorum pro/
feremus. Ab auditorum perſona beiuolentia colligitur: ſi res eoꝝ
fortiter :ſapienter : manſuete : magnifice iudicatas proferēꝰ et ſi/
que de his extimatio :et que iudicij expectatio ſit aperiemus .
A rebus ipſis beniuolum auditorem efficiemus : ſi noſtram
cauſam laudando extollemus : et aduerſariorum per contemp/
tionem deprimemus . Deinceps de inſinuatione aperiendum
eſt.

## De Tribus Temporibus .

TRia ſunt tempora
que diligenter ſunt conſideranda : in quibus pri/
cipio vti non poſſumus: Aut cum turpē cauſā habeꝰ
: hoc eſt cum ipſa res animum auditoris a nobis
alienat :aut cum animus auditoris perſuaſꝰ videt̃ eſſe ab his qui
ante ↄt̄dixerīt . aut cum defeſſus eſt eos audiendo qui āte dixerūt.
Si cauſa turpitudinē habebit exordiri poterimus his rōibus ho/
minē non rē : rē nō hominē ſpectari oporteē . nō placere nobis ipis
ꝙ facta dicant̃ ab adūſarijs:⁊ eſſe idig̃ aut nefaria . Deinde cum

rem diu auxerimus nihil ſimile a nobis factum eſſe oſtendemus:
aut aliquorum iudicium de ſimili cauſa: aut de eadē: aut de mi/
nori: aut de maiori proferemus. Deinde ad noſtram cauſā pede/
tentim acccedemus: et ſimilitudinem conferemus. Item ſi nega/
bimus nos de aduerſarijs aut de aliqua re eoꝝ dicturos: et tamen
occulte dicemus interiectione verborum. Si perſuaſus auditor
fuerit .i. ſi oratio aduerſariorū auditoribus fidem fecerit: neq; enī
non facile ſcire poterimus: quoniam non ſumus neſcij quibꝫ rebꝫ
fides fieri ſoleat. Ergo ſi fidem factam putabimus hijs nos rebꝫ
inſinuabimus ad cauſam. De eo quod aduerſarij firmiſſimū ſibi
adiumentum putauerint primum nos dicturos pollicebimur: aut
ab aduerſarij dicto exordiemur: et ab eo maxime quod ille nup/
rime dixerit. aut dubitatione vtemur quid potiſſimū dicamus .aꝫ
cui loco primum reſpondeamus cum admiratione. Si defeſſi erūt
audiendo: ab aliqua re que riſum mouere poſſit exordiemur ab a/
pologo: a fabula: veriſimili: imitatione: depranatione: inuer/
ſiōe: ābiguo: ſuſpiciōe: irriſione ſtl'titia: exuperatiōe: collatiōe:
abiectioe lraꝝ mutaciōe .ꝑteſa expectaciōē: ſlitudie: nouitate: hiſ/
toria: ū ſu: aꝫ ab a'ic9 īterpellacōe: aꝫ arriſiōe. Si ꝓmiſeri9 alr̄ ac pa
rati fueri9 nos eſſe dicturos: nos nō eodē modo vt ceteri ſoleant
verba facturos: quid alij ſoleant quid nos facturi ſimus breuiter
exponemus. Inter inſinuationem et principium hoc inter eſt: ꝙ
principium eiuſmodi debet eſſe: vt ſtatim apertis rationibus qui/
bus preſcripſimus aut beniuolum: aut attentum: aut docilem fa/
ciamus auditorem. at inſinuatio eiuſmodi debet eſſe: vt occulte
per diſſimulationem eadē illa ōnia conficiamus: vt ad eandē com/
moditatem in dicendi opere venire poſſimus. Verum hee tres
vtilitates tāetſi in tota oratione ſunt comparande: hoc eſt vt au/
ditores ſeſe perpetuo nobis attentos: dociles: beniuolos prebeāt:
tamen hoc per exordium cauſe maxime comparandum eſt. Nunc
ne quando vitioſo exordio vtamur: que vitia vitanda ſunt doce/
bo. In exordienda cauſa ſeruandum eſt: vt lenis ſit ſermo: vt v/
ſitata verborum conſuetudo: vt non apparata videatur eſſe orō.

De vitioſo exordio.

Vitioſum exordium éſt quod in plures cauſas poteſt accommodari: quod vulgare dicitur. Item vitioſum eſt quo nihilominus aduerſarius poteſt vti: quod commune appellatur. Ité illð q̄ aduerſarius ex contrario poterit vti. Item vitioſum eſt: quod nimium apparatis verbis compoſitum eſt: aut nimium longum eſt: et quod non ex ipſa cauſa natum videtur: quod ſeparatum vocatur: in quo eciam tranſlatum concluditur: vt proprie cohereat cum narratione. et quod neque beniuolū neq̧ docilé neq̧ attētū facit auditoré. De exordio ſatis dictum eſt. Deinceps ad narrationem tranſeamus.

## De Tribus Narrationum Generibus.

Narrationum genera tria ſunt. Unum eſt cum exponimus rem geſtam: et vnūquodq̧ trahimus ad vtilitatem noſtram vincédi cá: qð pertinet ad eas cauſas: de quibus iudicium futurum eſt. Alterum genus narrationis eſt quod intercurrit nonnunq̄ aut fidei: aut criminationis aut tranſitionis aut alicuius apparationis vel laudationis cauſa. Terciū genus eſt id qð a cauſa ciuili remotū eſt: i quo tamen exerceri conueit quo commodius illas ſuperiores narrationes in cauſis tractare poſſi9. Eius narrationis duo genera ſūt: vnū quod in negocijs: alterū quod in perſonis poſitū eſt. Id quod in negociorū expoſitione poſitū eſt tres habet partes: fabulam: hiſtoriam: argumentū. Fabula eſt que neq̧ veras neq̧ veriſimiles continet res: vt he q̄ a tragedis tradite ſūt. Hiſtoria é res geſta: ſed ab etatis noſtre meōria remota. Argumētū eſt ficta res: que tamé fieri potuit: velut argumēta comediar̄. Illud genus narrationis quod i pſois poſitū é debet habere ſmōis feſtiuitaté: aiorū diſſimilitudiem: ğuitaté: lenitaté: ſpem: metū: ſuſpicōem: deſideriū: diſſimulatiōem: miſericordiá: rerū varietates: fortūe cōmutationé: iſperātū icōmodū: ſbitá letitiá: iocūdū exitū rerū. Uer̄ hec i exercēdo tráſigēt. Illð xo qð ad xitaté ptinet quō tractari ɔueiat aperie9. Tres res ɔueit hr̄e narrtōem: vt breuis vt dilucida: vt veriſilis ſit. q̄ qm̄ fieri oporté ſcim9: q̄admodū facia9 cognoſcédū eſt.

## De Breui Narratione.

Rem breuiter narrare poterim9: ſi inde incipiemus narrare vnde neceſſe erit: ⁊ ſi nō ab vltimo initio repetere volemus: et ſi ſummatim non particłatī narrabimus: et ſi non ad extremum ſed vſq; eo q̄ opus erit perſequemur: et ſi tranſitionibus nullis vtemur: et ſi non deerrabimus ab eo quod ceperimus exponere: et ſi exitus rerum ita ponemus: vt ante quoq; que facta ſint ſciri poſſint tāetſi nos reticuerimus. Quod genus eſt: ſi dicam me ex prouincia rediſſe profectum quoq; in prouinciam intelligatur. et omnino non modo id quod obeſt ſed et id quod neq; obeſt neq; adiuuat ſatius eſt preterire. et ne bis aut ſepius idem dicamus. Cauendum eſt etiam ne id quod ſemel ſupra diximus deinceps dicamus hoc mō. Athenis megarum veſperi aduenit Simo: vbi aduenit megarū inſidias fecit ꝟgini: īſidias poſtq̄ fecit vim in loco attulit.

## De Dilucida narratione.

Rem dilucide narrabimus ſi vt quicquid primū geſtum erit ita primum exponemus: et rerum ac temporum ordinem conſeruabimus: vt geſte res erūt: aut potuiſſe geri videbūtur. Hic erit conſiderandum nequid perturbate: nequid contorte: nequid ambigue: nequid noue dicamus: neq; in aliam rē tranſeamus: ne ab vltimo repetamus: ne lōge perſequamur: nequid quod ad rem pertineat pretereamus: etſi perſequemur ea q̄ de breuitate precepta ſunt. Nam quo breuior eo dilucidior ⁊ cognitu facilior narratio fiet.

## De Veriſimili Narratione.

Veriſimilis narratio erit ſi vt mos vt opinio vt natura poſtulat dicemus: ſi ſpacia temporum: perſonaꝝ dignitates: conſiliorum rationes: locorum oportunitates conſtabūt: ne refelli poſſit: aut temporis parum fuiſſe: aut cauſam nullam: aut locum idoneum non fuiſſe: aut homines ipſos facere: aut pati non potuiſſe. Si vera res erit nihilominus hec omīa narrando conſeruanda ſunt. Nam ſepe veritas niſi hec ſeruata ſint fidē facere non poteſt. Sin erunt ficta eo magis conſeruanda erūt. De hijs rebus caute confligendum eſt quibus in reb9 tabule ꝗ̄ alicui9

firma auctoritas videbitur interfuiſſe. Adhuc que dicta ſunt ar/
bitror mihi conſtare cum ceteris artis ſcriptoribus : niſi quia de
inſinuationibus noua excogitauimus : ꝙ eam nos ſoli preter ce/
teros in tria tempora diuiſimus : vt plane certam viam et per/
ſpicuam rationem exordiorum haberemus . Nunc quod reliquū
eſt (quoniam de rerum inuentione diſputandum eſt : in qua ſi/
gulare conſumitur oratoris officiū) dabimus operam : vt nihilo
minus induſtrie q̄ rei vtilitas poſtulabit queſiſſe videamur : ſi
prius pauca de cauſarū diuiſione dixerimus .

¶ De diuiſione cauſarum.

CAuſarū diuiſio in duas partes diſtributa eſt : Primū
perorata narratione debemus aperire quid nobis cōue/
niat cum aduerſariꝭ : et quid in controuerſiꝭ relin/
quatur : ſi ea que nobis vtilia erunt conuenient hoc modo . In/
terfectam eſſe matrem ab Horeſte cōuenit mihi cum aduerſariꝭ
iure fecerit et licueritne facere id eſt in controuerſia . Item ecō/
trario Agamennonem eſſe a Clitemneſtra occiſum confitentur
cum id ita ſit me vlciſci parentem negant oportuiſſe . Deinde cū
hoc fecerimus diſtributione vti debemus . Ea diuiditur in du/
as partes enumerationem et expoſitionem . Enumeratione vte/
mur cum dicemus numero quot de rebus dicturi ſumus . eam
plus q̄ trium partium numero contineri non oportet :nam et pe/
riculoſum eſt : ne quando plus minus ve dicamus : et ſuſpicionē
affert auditori meditationis et artificij : que res fidem abrogat o/
rationi . Expoſitio eſt cum res quibus de rebus dicturi ſumus
breuiter exponimus . Nunc ad confirmationem tranſeamus .

¶ De Confirmatione et cōfutatione .

TOta ſpes vincendi rōq; perſuadendi poſita eſt in confirmatione
et confutatione . Nam cum adiumenta noſtra expoſuerimus con/
trariaq; diſſoluerimus: abſolute nimirum munꝰ oratoriū ꝯfecerimꝰ
Utrūq; igit̃ facere poterimꝰ ſi ꝯſtitutōem cauſe ꝯgnouerimus .

¶ De cāꝝ cōſtitutiōibꝫ .

CAuſaꝝ ꝯſtitutōes aliꝭ quattuor fecerunt . nr̃ doctor Hermeſtes tres putauit
eſſe . non vt de illorum quicquam detraheret inuentione : ſed vt

oſtenderet id quod oportuiſſet ſimpliciter ⁊ ſingulari mō docerē :
illos diſtribuiſſe dupliciter et biptito .

## De Conſtitutione .

COnſtitutio eſt prima deprecatio defenſoris cum accu/
ſatoris inſimulatione coniuncta . Conſtitutiones itaqꝫ vt ante
diximus tres ſunt : coniecturalis : legittima : Juridicialis . Con/
iecturalis eſt cum de facto controuerſia eſt : hoc modo . Aiax in
ſilua poſtq̄ reſciuit que feciſſet per inſaniam gladio incubuit .
Vlixes interuenit . occiſum conſpicatur : corpore telum cruentū
educit . Teucer interuenit : vbi occiſum fratrem et inimicum fra/
tris cum gladio cruentato videt : capitis arceſſit . Hic quoniā con/
iectura verū queritur de facto erit contronerſia : et ex eo conſti/
tutio cauſe coniecturalis nominatur . Legitima conſtitutio eſt cū
ex ſcripto aut ex ſcriptis aliquid controuerſie naſcit᷑ . Ea diuidit᷑
in partes ſex : ſcriptum ⁊ ſententiam : contrarias leges : ambiguū :
diffinitionem : tranſlationem : rōcinationem . Ex ſcripto et ſentē/
tia naſcitur controuerſia cum videtur ſcriptoris voluntas cum
ſcripto ipſo diſſentire hoc modo . Si lex ſit que iubeat eos qui
propter tempeſtatem nauim reliquerunt omnia perdere : eorum
nauim ceteraqꝫ eſſe ſi nauis conſeruata ſit qui remanſerūt in na/
ui : magnitudine tempeſtatis oēs perterriti nauim reliquerunt :
et in ſcapham conſcenderunt preter vnum egrotum . Js propter
morbum exire et fugere non potuit. Caſu et fortuitu nauis ī por/
tum incolumis delata eſt . Jllam egrotns poſſidet . Nauim petit
ille cuius fuerat . Hec conſtitutio legitima eſt ex ſcripto et ſētētia.
Ex contrarijs legibus controuerſia conſtat : cum alia lex iubet aut
pmittit : alia vetat quidpiam fieri hoc mō . Lex vetat eū qui de
pecunijs repetūdis damnatus . ſit in concione orationem habere.
Altera lex iubet augurem indemortui locum qui petat in concioē
nominare . Augur quidam damnatus de pecunijs repetundis in/
demortui locum qui petat nommauit .petitur ab eo mulcta . Cō/
ſtitutio hec eſt legittima ex contrarijs legibus . Ex ambiguo
controuerſia naſcitur : cum res in vnam ſententiam ſcripta duas aꝫ
plures ſententias ſignificat hoc uodo . Paterfamilias cum filiū

heredem teſtamento faceret vaſa argentea vxori ligauit. Tullius
heres meꝰ Terentie vxori mee. xxx. pōdo vaſorum argēteorum
dato que volet. Poſt mortem eius vaſa precioſa et celata magni/
fice illa petit. Tullius ſe que ipſe volet in. xxx. pondo ei debere
dicit. Conſtitutio legitima ex ambiguo. Ex diffinitione conſtat
cauſa: cum in controuerſia eſt quo nomine factum appelletur. ea
eſt huiuſmodi. Cum Lucius ſaturninus legem frumentariam
de ſemiſſibus et trientibus laturus eſſet Quintus Cepio per id
temporis queſtor vrbanꝰ erat docuit ſenatū erariū pati nō poſſe
largitionem tantam. Senatus decreuit ſi eam legem ad populū
ferat aduerſus rempublicam videri eum facē. Saturninus ferre
cepit collège intercedere: ille nihilominus ciſtelam detulit. Ce/
pio vt illum contra ſenatuſconſultum intercedentibus collegis
aduerſus rempublicam vidit ferre: cum viris bonis impetum
fecit. pontes diſturbat. ciſtas deiecit. impedimento eſt quo ſe/
cius feratur lex. accerſitur Cepio maieſtatis. Conſtitutio eſt
legitima ex diffinitione: vocabulum enim diffinitur ipſum:
cum queritur quid ſit minuere maieſtatem. Ex tranſlatione
controuerſia naſcitur: cum aut tempus differendum: aut accuſa/
torem mutandum: aut iudices mutandos reus dicit. Hac parte
conſtitutionis greci in iudicijs: nos in iure ciuili pleꝝqꝫ vtimur
In hac parte nos iuris ciuilis ſcientia iuuabit. In iudicijs ta/
men nonnihil vtimur: vt hoc modo. Siquis peculatus accu/
ſatur: ꝙ vaſa argentea publica de loco priuato dicatur ſuſtuliſſe:
poſſit dicere cum diffitione ſit vſus: quid ſit furtum: quid pe/
culatus: ſecum furti agi non peculatus oportere. Hec partitio
legitime conſtitutionis his de cauſis raro venit in iudicium: ꝙ
in priuata actione pretorie ſunt exceptiones: et a cauſa cadit is
qui non quemadmodum oportet egerit: et in publicis queſtioni/
bus cauetur legibus: vt ante ſi reo commodum ſit iudicium de
accuſatore fiat: vtꝝ illi liceat accuſaē necne. Ex rōciatōe contro/
uerſia conſtat: cum res ſine propria lege venit in iudiciū que ta/
men ab alijs legibꝰ ſimilitudinē quādā aucupatᷣ. Ea ē huiuſmōi
lex. Si furioſus exiſtet agnatorum gentiliūqꝫ in eo pecuniaqꝫ eius

poteſtas eſto. et lex. Qui parentem necaſſe iudicatus erit: vt is
obuolutus et obligatus corio deuehatur in fluentē. Et lex: pater/
familias vti ſuper familia pecunia ve ſua ligauerit: ita ius eſto.
Et lex: Si paterfamilias inteſtatus moritur familia pecuniaq; eꝰ
agnatorum gentiliumq; eſto. Malleolus iudicatus eſt matrē ne/
caſſe. eo damnato ſtatim folliculo lupino os obuolutum eſt: et
ſolee lignee pedibus inducte ſunt: in carcerem ductus eſt. Qui
defendebant eum tabulas in carcerem afferunt: teſtamentum ipō
p̄ſente conſcribunt: teſtes rctē affuerunt: de illo ſupplicium ſuit̃.
Hij qui heredes erant teſtamento hereditatem adeūt: Frater
minor Malleodi qui eum oppugnauerat in eius periculo ſuā vo/
cat hereditatem lege agnatōnis. Hic certa lex ī rem nulla affert̃:
et tamen multe afferuntur: e quibus ratiocinatio naſcitur quare
potuerit aut non potuerit iure teſtamentum facere. Conſtitutio
legitima ex ratōcinatione. Cuiuſmodi partes eſſent legitime con/
ſtitutionis oſtendimus: nunc de iuridiciali conſtitutōe dicamus.

De Juridiciali Conſtitutione.

IUridicialis conſtitutio eſt cum factum conuenit: ſꝫ iure
an iniuria factum ſit queritur. Eius conſtitutionis par/
tes due ſunt: quarum vna abſoluta: altera aſſumptiua nominat̃
Abſoluta eſt: cum id ipſū quod factum eſt: vt aliud nihil foris
aſſumatur recte factum eſſe dicemus. ea eſt huiuſmodi. Mimus
quidam nominatim Actium poetam cōpellauit ī cenaculo: in eo
Actius iniuriarum agit: hic nihil aliud defendit niſi licere eum
nominare cuius nomine ſcripta dentur agenda. Aſſumptiua pars
eſt cum per ſe defenſio infirma eſt: ſed aſſūpta ex cōtraria re cō/
probatur. Aſſumptiue partes ſunt. iiij. conceſſio: remotio cri/
minis: tranſlatio criminis: comparatio. Conceſſio eſt cum reus
poſtulat ſibi agnoſci. ea diuiditur in purgationem ⁊ dep̄catioēꝫ.
Purgatio eſt cum conſulto negat ſe reus feciſſe. Ea diuiditur in
fortunam: imprudentiam: neceſſitatem. Fortunam vt Cepio a/
pud tribunum plebis de amiſſione exercitus. Imprudentiam vt
ille qui de eo ſeruo qui dominum occiderat ſupplicium ſūpſit: cuī
frater eſſꝫ ãteq̄ tabulas teſtamēti aperuerit: cū is ſuus teſtamēto

manumiſſimus eſſet. Neceſſitudinẽm vt ille qui ad dië commea/
tus non venit ꝙ eũ aque interclusiſſent. Deprecatio eſt cum et
peccaſſe et conſulto reus feciſſe confitetur: et tamen poſtulat vt
ſui miſereatur. Hoc in iudicio non poteſt fere vſu venire: ni/
ſi qñ pro eo dicimus cuius multa recte facta eſſe conſtant: hoc
modo. In loco communi per amplificationem inijciemus. ꝙ ſi
hoc feciſſet tamé ei pro priſtinis beneficijs ignoſci conueniret:
verum nihil poſtulat ignoſci: ergo in iudicium non venit:
ſed aut in ſenatum: aut ante imperatoré et in ↄciliũ talis cauſa po/
teſt venire. Ex tranſlatione criminis cauſa conſtat cum fe/
ciſſe nos non negamus: ſed aliorũ peccatis coactos feciſſe dicimꝰ:
vt Oreſtes cũ ſe deféd it in matré cófert crimen. Ex remotióe cri/
mis cauſa cóſtat cũ a nobis nó crimé ſed culpá ipſá amouemus. et
vel in hominé transferimus: vel in ré quápiam cóferimꝰ. In ho/
miné tráſfert: vt ſi accuſet is qui Publiũ Sulpiciũ ſe fatet occi/
diſſe et id iuſſu ↄſulũ defendat. et eos dicat nó mõ iperaſſe: ſed
orationem quoqꝫ oſtédiſſe quaé id facere liceret. In ré ↄfert vt
ſiquis ex teſtaméto quod facere iuſſus ſit ex plebiſcito vteret.
Ex comparatione cauſa conſtat: cum dicimus neceſſe fuiſſe al/
terutrum facere: et id quod fecerimus ſatius fuiſſe facere.
Ea huiuſmodi Caius Pompilius cum a gallis obſidere/
tur neque effugere vllo modo poſſet venit cum hoſtium ducibus
in collocutionem. ita diſceſſit vt impedimenta relinqueret:
exercitum educeret: ſatius eſſe dixit amittere impedimenta
ꝙ̃ exercitum: exercitum eduxit: impedimenta reliquit: ac/
cerſitur maieſtatis.
Que conſtitutiones et que conſtitutionum partes ſint
ſatis videor oſtendiſſe.
Nunc quomodo eas et qua via tractari conueniat demonſtran/
dum eſt: ſi prius aperiemus quid oporteat ab ambobus in cauſa
deſtinari quo ratio omnis tocius orationis conferatur. Conſti/
tutione igitur reperta ſtatim querenda ratio eſt. Racio eſt que
cauſam facit et continet defenſionem hoc modo: vt docendi
cauſa in hac potiſſimum conſiſtamus. . Oreſtes cum fatetur

ſe occidiſſe matrem : niſi attulerit facti rationem ꝑuertit defenſi/
onem : ergo affert eam que niſi intercederet nec cauſa quidē eſſet .
Jlla enim inquit patrem meum occiderat . Ergo vt oſtendi racō
ea eſt que continet defenſionem : ſine qua nec parua quidem du/
bitatio poteſt remorari damnationem . Jnuenta ratione firmamē/
tum querendum eſt . id eſt quod accuſationem continet : et quod
affertur contra rationem defenſionis : de qua ante dictum eſt . Jd
conſtituetur hoc modo . Cum vſus fuerit Oreſtes ratiōe hoc pac/
to : iure occidi : illa enim patrem meum occiderat : vtetur firma/
mento accuſator hoc modo . Sed non abs te occidi : neq; indemp/
natam penas pendere oportuit . Ex ratione defenſionis et ex fir/
mamento accuſationis iudicij queſtio naſcatur oportet : quā nos
iudicationem : greci crinomenon appellant . Ea conſtituet᷑ ex cō/
iunctione firmamenti et rationis defenſione hoc modo . Cū dicat
Oreſtes ſe patris vlciſcēdi cauſa matrem occidiſſe : rectū ne fuerit
a filio ſine iudicio Clitemneſtram occidi . Ergo hac ratione iu/
dicationem reperire conuenit . Reperta iudicatione omnem rati/
onem totius orationis eo conferri oportebit . Jn omnibus conſti/
tutionibus et partibus conſtitutionum hac via iudicationes repe/
rientur : preter ꝙ in coniecturali conſtitutione . Nam in ea nec ra/
tio quare fecerit querit᷑ : (feciſſe enim negatur) nec firmamentū
exquiritur : quoniam non ſubeſt ratio : quare ex intentōe et ex in/
ficiatione iudicatio conſtituitur hoc modo . Jntentio : occidiſti
Aiacem . Jnficiatio : non occidi . Judicatio : occideritne . Ratō
omnis vtriuſq; orationis vt ante dictum eſt ad hanc iudicationē
conferenda eſt . Si plures erunt conſtitutiones aut partes conſti/
tutionum : iudicationes quoq; plures erunt in vna cauſa : ſed et
omnes ſimili ratione reperientur . Sedulo dedimus operā : vt
breuiter et dilucide quibus de rebus dicendum fuit diceremus .
Nunc quoniam huius voluminis magnitudo ſatis creuit : cōmo/
dius eſt in altero libro de ceteris rebus deinceps exponere : nequa
propter multitudinem lrāꝝ poſſit animum tuum defatigatio re/
tardare . Sed ſi quo tardius hec ꝙ ſtudes abſoluentur : cum reꝝ
magnitudini : tum noſtris quoq; occupationibꝰ aſſignare debebis

Uerum tamen maturabimus : et quod de negocio diminutum fuerit exequabimus induſtria : vt pro tuo in nos officio et noſtro in te ſtudio munus hoc accumulatiſſime tue largiamur volũtati.

¶Expleſt primꝰ. Incipe legẽ ſecũdum.

IN primo libro Herenni breuiter expoſuimꝰ q̃s cauſas recipẽ oratorẽ oporteret. et in qui/bus officijs artis elaborare conueniret : et ea officia q̃ ratõe facillime conſequi poſſet. Ue/rum quia neque de omnibus rebus ſiml' di/ci poterat : et de maximis rebus primum di/cendum fuit : quo cetera tibi faciliora cogni/tu viderentur. Ita nobis placitum eſt : vt ea que difficillima eſſent potiſſimum conſcriberemus.

¶De Tribus Generibus Cauſarum.

Cauſarum tria ſunt genera : demonſtratiuum: delibe/ratiuum : iudiciale. multo difficillimum eſt iudiciale: ergo id primum abſoluemus. Hoc et in priore libro egimꝰ cũ de oratoris officijs quinqꝫ tractaremus. quorũ inuẽtio et prima et difficillima eſt. Ea quoqꝫ nobis erit hoc in libro pro/pemodum abſoluta : ſed paruam partem eius in t'cium volumen transferemus. De ſex partibus oratõnis primum ſcribere incipie/mus. In p̃mo libro locuti ſumus de exordio : narratione : diſiõe: nec pluribꝰ v̾bis q̃ꝫ neceſſe fuit : nec minꝰ dilucide q̃ꝫ te velle ex/iſtimabamꝰ. deĩde diũcti de ꝯfirmatione et ꝯfutatione dicendum fuit. Quare genera ꝯſtitutõnũ et earꝫ ꝑtes aperuimꝰ. ex q̃ ſiml' oſtẽdebat' quõ ꝯſtitutõem et ꝑtes ꝯſtitutõis cauſa poſita reperiri oporteret. Deĩde docuimꝰ iudicatõem q̃ꝫadmodũ queri ꝯueniret: qua ĩuenta curãdũ : vt oĩs rõ tociꝰ orõis ad eãdẽ cõferat'. Poſtea admonuimus cauſas eſſe q̃ꝫplures : ĩ q̃bꝰ plures ꝯſtitutões ac ꝑtes conſtitutionũ accõmodarentur. Reliquum videbatur eſſe vt oſ/tenderemus que ratio poſſet inuentiones ad vnamquanqꝫ conſti/tutionem aut partem conſtitutionis accommodare. Et item q̃s argumentationes : quas Greci epychiremata appellant ſequi=

quas vitari oporteret : quorū vtrumq; pertinet ad confirmatōez et confutationem . Deinde ad extremum docebimus cuiuſmodi concluſionibus orationem vti oporteat : qui locus erat extremus de ſex partibus orationis . Primum ergo queremus q̄admodum quanq; cauſam tractari cōueniat : et nimirum cōiecturalem que prima : queq; difficillima eſt potiſſimum conſideremus .

### De Coniecturali.

IN cauſa cōiecturali narrtō accuſatoris ſuſpiciōes inter/iectas et diſperſas habere debet : vt nihil actū : nihil dictum : nuſq̄ ventum aut abitū : nihil deniq; factū ſine cauſa putetur . Defenſoris narratio ſimplicem et dilucidam expoſitionem debet habere cum attenuatione ſuſpicionis . Huius cōſtitutiois ratio in ſex partes ē diſtributa : probabile : collatōez : ſignum : argumentum : cōſecutionem : approbationē . Horū vnū/quodq; quid valeat aperiemus .

### De probabili argumentatione .

PRobabile eſt per quod probatur reo expediſſe pecca/re : et a ſimili turpitudine hominē numq̄ abfuiſſe : Id diuiditur in cauſam et in vitam . Cauſa eſt ea que inducit ad maleficium commodorum ſpe aut incōmodorum euitatione . Ita cum queritur numquid cōmodū maleficio appetierit : num hōrē : num pecuniam : num dominationem : num aliquam cupiditatem amoris aut huiuſmodi libidinis voluerit explere . Aut num quid incommodū vitarit : inimicitias : īfamiam : dolorem : ſupplicium. Hic accuſator in ſpe cōmodi cupiditatem oſtendet aduerſarij : in vitatione incōmodi formidinem augebit . Defenſor autem nega/bit cauſam fuiſſe ſi potuerit : aꝰ eā vehemēter extenuabit . Deide iniquum eſſe dicet omēs ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re peruenerit in ſuſpicionem maleficij deuocari . Deide vita hois ex ante factis ſpectabitur . In quo primum conſiderabit accuſator: num ante quid ſimile fecerit . Si id non reperiet queret num qn̄ venerit in ſimilem ſuſpicionem : et in eo debebit eſſe occupatus : vt ad eam cauſam peccati quam paulo ante expoſuerit vita hoīs poſſit accōmodari hoc mō . Si dicet pecūie cauſa feciſſe : oſtēdet

eũ ſẽp auaꝝ fuiſſe. ſi honoris ãbitõſũ : ita poterit aĩ vitiũ cũ cã
peccati ↄglutiare. Si nõ poterit ꝑ aĩ vitiũ cũ cauſa repire : repiat
diſpar . Si nõ poterit auaꝝ deõſtrare : deõſtret corruptorẽ vł
perfidũ : ſi quoq̊ mõ poterit deniqꝫ aliq̊ aut ꝙpluris vitijs ↄtaiãe
ꝑſoãꝫ : deĩde q̇ fecerit illo͛ tã neq̇ter eũdẽ hoc tã ꝑperã feciſſe non
eſſe mirãdũ . Si vehemẽt̃ caſt⁹ et ĩteger exiſtiabit̃ adũſarius di/
cet fctã nõ famã ſpectari oportere : illũ ãte occultaſſe ſua flagitia :
ſe planũ fctũꝝ ab eo maleficiũ nõ abeſſe. Defẽſor ṗmũ demõſtbit
vitã ĩtegrã ſi poterit: id ſi nõ pote͛t r̃curret ad ĩprudẽtiã:ſtultitiã:
adoleſcẽtiã :vim : ꝑſuaſiõem : q̇bꝫ de rebꝫ vituꝑatõ eoꝝ q̄ er̃ id cͥ/
mẽ erũt nõ debeat aſſigñri . Si vehemẽter hoĩs turpitudĩe ĩpedi/
diet̃ et ĩfamia : ṗi⁹ dabit operã vt falſos rũores diſſipatos eſſe di/
cat de ĩnocẽte : et vtet̃ loco ↄmũi : rũoribꝫ credi nõ oportere. Si
nihil eoꝝ fieri pote͛t vtat̃ extrẽ defẽſiõe:et dicat nõ ſe de moribꝫ
apud cẽſores : ſed de crimibus aduerſariorum apud iudices
dicere .

¶ De Collatõe .

COllatio eſt cum accuſator id quod aduerſarium fe/
ciſſe criminatur alij nemini niſi reo bonum fuiſſe de/
monſtrat : aut alium neminem potuiſſe perfice/
re niſi aduerſarium : aut cum ipſum alijs rati/
onibus facere non potuiſſe : aut non eque commode potuiſ/
ſe : aut enim fugiſſe alias rationes commodiores propter cu/
piditatem . In hoc loco defenſor vt demonſtret oportet :
aut alijs quoque bonum fuiſſe ; aut alios quoqꝫ id quod ipſe in/
ſimulet̃ facere potuiſſe .

¶ De Signo .

SIgnum eſt per quod
oſtenditur idonea perficiendi facultas eſſe queſi/
ta . Id diuiditur in partes ſex : locum : tempus : ſpacium :
occaſionem : ſpem : perficiendi : ſpem celandi . Locus queritur
celebris : an deſertus : ſemper deſertus : an tum cum id fac/
tum ſit fuerit in eo loco ſolitudo . ſacer an prophanus publicus

an priuatus fuerit . cuiuſmodi loci attingant . nunquid eſt paſſꝰ : perſpectus : et exauditus eſſe poſſit . Horum quid reo : quid ac/cuſatori conueniat perſcribere non grauemur : niſi facile quiuis cā poſita poſſet iudicare . Initia enim inuentionis ab arte debēt ꝓ/ficiſci : cetera facile cōparabit exercitatio . Tempus ita querit᷑ : q̄ parte anni : qua hora : noctu an interdiu : qua die : quota noctis hora factum eſſe dicatur : et cuiuſmodi temporibus . Spaciū ita conſiderabitur : ſatiſne longum fuerit ad eam rem tranſigēdam : ſcieritne ſatis ad id perficiendum ſpacij futurum . Nam parui re/fert ſatis ſpacij fuiſſe ad id perficiendum : ſi id ante ſciri : et ratiōe prouideri non potuerit . Occaſio querit᷑ idoneane fuerit ad rem adoriendam : an alia melior : que aut preterita ſit : aut non ex/pectata . Spes perficiendi hec que fuerit ſpectabitur hoc modo . ſi que ſupradicta ſunt ſigna concurrerint . ſi preterea ex altera p̄te vires : pecunia : conſilium : ſcientia : apparatio videbitur fuiſſe . ex altera parte imbecillitas : inopia : ſtultitia : īprudentia : īapparatū demonſtrabit᷑ fuiſſe . Quare ſcire potuerit : vtrum diffidendum an confidendum fuerit . Spes celandi que fuerit queritur ex cō/ſcijs : arbitris : adiutoribus : liberis : aut ſeruis : aut vtriſqꝫ .

¶ De Argumento .

ARgumentum eſt per quod res coarguitur certioribꝰ argumentis et magis firma ſuſpicione . Id diuidit᷑ i tempora tria : preteritum : inſtans : conſequens . In preterito tempore oportet conſiderare vbi fuerit : v/bi viſus ſit : quo cum viſus ſit : num quid apparauerit : num quē conuenerit : num quid dixerit : num quem habuerit de conſcijs : de adiutoribus : de adiumentis : num quid in loco p̄ter cōſuetu/dinem fecerit aut alieno tempore . In inſtanti tempore queritur num viſus ſit cum faciebat : num quid ſtrepitus : clamor : crepitꝰ exauditus ſit : aut deniqꝫ nūquid aliquo ſenſu preceptum ſit : aſ/pectu : auditu : tactu : odore : guſtatu . Nam quiuis horum ſēſꝰ poteſt conflare ſuſpicionem . In conſequenti tempore ſpectabit᷑ : numquid re tranſacta relictum ſit quod indicet aut factū eſſe ma/leficium : aut a quo factum ſit . Factum eſſe hoc mō . Si tuōre

aut liuore decoloratum eſt corpus mortui ſignificat eum veneno
necatum . A quo factū ſit hoc modo : ſi telū : ſi veſtimētū : ſi/
q̄d eiuſmoi relictū ſit : a' veſtigiū reptū fuerit : ſi cruor ī veſtimē/
tis : ſi ī eo loco uiſus aut comphēſus fuerit tranſacto negocio :
quo in loco res geſta dicitur .

## De Conſecutione:

Conſecutio eſt cū queritur q̄ ſigna nocentis ⁊ : innocentis
ꝯſequi ſoleāt Accuſator dicet ſi poterit ad̾ſariū cū ad eū
ventū ſit erubuiſſe : expalluiſſe : titubaſſe : inſtanter locutū eſſe :
concidiſſe : pollicitum eſſe aliquid : que ſigna conſcientie ſunt .
Si reus nihil horum fecerit accuſator dicet eum vſqꝫadeo preme/
ditatum fuiſſe quid ſibi eſſet vſui futurum : vt confidentiſſime
reſiſtens reſponderet : que ſigna ſunt confidentie non innocentie.
Defenſor ſi pertimuerit magnitudine periculi non conſcientia
peccati ſe commotum eſſe dicet . Si non pertimuerit fretum in/
nocentia negabit ſe eſſe commotum .

## De Approbatione .

Approbatio eſt qua vtimur ad extremum confirmata ſuſ/
picione . Ea habet locos proprios atqꝫ communes .
Proprij ſunt hi quibus niſi accuſator poteſt vti : et hi quibus
niſi defenſor vti nemo poteſt . Communes ſunt qui alia cauſa ab
reo alia ab accuſatore tractantur . In cauſa coniecturali propriꝰ
locus accuſatoris eſt : cum dicit malorum miſereri non oportere :
et cum auget peccati atrocitatem . Defenſoris proprius locus eſt
cum miſericordiam captat : et cum accuſatorem calumniari crimi/
natur . Communes loci ſunt cum accuſatoris : tum defenſoris .
a teſtibus contra teſtes : A queſtionibus contra queſtiones . ab
argumentis contra argumenta : et a rumoribus contra rumores .
A teſtibus dicemus ſecūdū auctoritatem et vitam teſtium et con/
ſtantiam teſtimoniorum . Contra teſtes vite turpitudinem : teſ/
timoniorum inconſtantiam . ſi aut non fieri potuiſſe dicemus ;
aut non factum eſſe quod dicant : aut ſcire illos non potuiſſe :
aut cupide dicere et argumentari . hec ad improbationem et pro/
bationem teſtium pertinebunt . :.

A queſtionibus

dicemus cum demonſtrabimus maiores noſtros veri inueniendi
cauſa tormentis et cruciatu voluiſſe queri : et ſummo dolore ho/
mines cogi : vt quicquid ſciant dicant . Et preterea confirmatior
hec eric diſputatio ſi que dicta erunt argumentando ijſdem vijs
quibus omnis coniectura tractatur trahemus ad veriſimilem ſuſ/
picionem : idemq̨ hoc in teſtimonijs facere oportebit . Cõtra q̃ſ/
tiones hoc modo dicemus : primum maiores voluiſſe certis i rebꝫ
interponi queſtiones : cum que vere dicerentur ſciri : que falſo in
queſtione pronũciarentur refelli poſſẽt hoc mõ . Quo i loco quid
poſitũ ſit : et ſi quid eſſet ſlie qꝺ videri aut aliq̃ ſigõ ſil'i ꝑcipi poſ/
ſit . deinde dolori credi nõ oportere : ꝙ alius alio ſit recẽtior i do/
lore : ꝙ igenioſior ad cõminiſcẽdum : ꝙ deniq̨ ſepe ſcire aut ſuſpi/
cari poſſit : quid q̃ſitor velit audire : qꝺ cũ dixerit itelligat ſibi fi/
nem doloris futuꝝ . Hec diſputatio cõprobatᷣ ſi refellemus q̃ in
q̃ſtionibus dicta erũt probabili argumẽtatõe : idq̨ partibꝫ cõiec/
ture quas ãte expoſuimus facere oportebit . Ab argumẽtis ⁊ ſig/
nis et ceteris locis quibus augetᷣ ſuſpicio dicere hoc mõ cõuenit .
Cũ multa cõcurrãt argumẽta et ſigna que iter ſe cõſentiant rẽ ꝑ/
ſpicuam nõ ſuſpicõſam videri oportet . Item plus oportere ſignis
et argumentis credi ꝙ̈ teſtibus : hec eni eo mõ expoi quo mõ re
vera ſũt geſta : teſtes corrũpi poſſe vl' precio : vel gracia : vl' me/
tu : vel ſimultate . Contra argumẽta et ſigna et ceteras ſuſpiciões
dicemus hoc mõ . ſi demonſtrabimus nullam rem eſſe quã nõ ſuſ/
picioibus quiuis poſſit criminari . deinde vnãquanq̨ ſuſpiciõem
extenuabimus : ⁊ dabimus operã vt oſtẽdamꝰ nihilo magis i nos
eã ꝙ̈ in aliũ quẽpiã cõuenire . idignũ facinꝰ eſſe ſine teſtibꝰ cõiec/
turam et ſuſpiciõem firmamẽti ſatis habere . A rumoribus diceꝰ :
ſi negabimꝰ temere famã naſci ſolere quin ſubſit aliquid : eciã ſi
dicemꝰ cauſã nõ fuiſſe quare quiſpiam cõfingeret et cõminiſceretᷣ .
Et p̃terea ſi ceteri falſi ſoleãt eſſe argumẽtabimur hunc eſſe verũ .
Contra rumores dicemꝰ primum ſi docebimus multos eſſe falſos
rumores : et exemplis vtemur : de quibus falſa fama fuerit : ⁊ a
iimicos noſtros aut homines natura maliuolos et maledicos cõ/
finxiſſe dicemus : et aliquam aut fictã fabula i adũſarios afferemꝰ

quá dicaꝰ oíbꝰ i oꝛe eſſe . ꝗ verũ rumoꝛé ꝓferemꝰ quí illís aliquid
turpitudinís afferat neqꝫ tamé eí rumoꝛí nos fidé habere dicemus
ídeo ꝙ quiuís hõ poſſit quemuís turpem de quolibet rumoꝛem
proferre : et cõfictá fabulá diſſipare. Verũ tamé ſi rumor vehe/
menter ꝓbabilis eſſe videbit᷑ argumentando fame fidé poterímꝰ
abrogare :ꝙ et difficilima tractatu eſt cõſtitucio cõiecturalis : et í
verís cauſis ſepiſſime tractáda eſt:eo diligétiꝰ õnes eiꝰ ꝑtes ꝑſcru/
tati ſumꝰ :vt ne paruula quidé titubaciõe aut offẽſiõe impediret᷑:
ſi ad hác p̃cepcõis aſſiduitaté exercitacõis accõmodaſſemꝰ .Nũc ad
legitime coſtitucõis ꝑtes tranſeamꝰ

De Scripto et voce.

CUm volũtas ſcriptoris cũ ſcripto diſſidere videbit᷑ ſi a
ſcripto dicemus his locis vtemur ſecũdũ narracioné ꝑ/
mũ ſcriptoris collaudatione deide ſcripti recitacione vtemur dein/
de ꝑcũctacione : ſcirent ne auerſarij id ſcriptũ fuiſſe in lege : aut
ín teſtaméto : aut in ſtipulatõe : aut in quolibet alio ſcripto qꝺ
ad ré ꝑtineat · Deide collatõe q̇d ſcriptũ ſit : q̇d adũſarij ſe feciſ/
ſe dicát : q̇d iudices ſeq̇ ↄducat : vtꝝ id qꝺ diligét᷑ ꝑſcriptũ ſit : an
id qꝺ acute ſit excogitatũ .Deide ea ſététia q̃ ab adũſarijs excogi/
tã ſit : et ſcripto attributa ↄtemnet᷑ et ífirmabit᷑ . Deide q̃ret᷑
quid ei obfuerít ſi id voluiſſet ꝑſcribẽ : á nõ potuerít ꝑſcribi .Dei/
de a nobis ſnia r̃ꝑiet᷑ ⁊ cá ꝓfét᷑ q̈re id ſcriptoꝛ ſcrpſerít qꝺ ſcrpſit :
et demõſtrabit᷑ ſcriptũ illꝺ eſſe dilucide: bꝛeuiter :cõmode : ꝑfcté
certa cũ rõe .Deide exépla ꝓferét᷑ : q̃ res cũ ab aduerſarijs ſnia
reddẽt᷑ et volũtas afferet᷑ a ſcrpto potiꝰ iudicate ſint. Deide oñ/
det᷑ q̈ ꝑiculoſũ ſit a ſcripto recedere . Locus communis eſt cont᷑
eũ qui cum fateatur ſe contra id quod legibus ſancitum eſt aut
teſtamento perſcriptum ſit feciſſe : tamen facti querat defenſioné.
A ſententia ſic dicemus . Primum laudabimus ſcriptoꝛis cõmo/
ditatem atqꝫ bꝛeuitatem ꝙ tantum ſcripſerit quod neceſſe fuerit :
illud quod ſine ſcripto intelligi potuerit non neceſſario ſcri/
bendum putarit . Deinde dicemus calumniatoꝛis
eſſe officium verba et litteras . ſequi negligere voluntatem .
Deinde id quod ſcriptum ſit aut non poſſe fieri aut non lege :

aut non more : nõn natura : non bono et equo poſſe fieri . q̄ omĩa
ſcriptoré voluiſſe q̄ꝫ rectiſſime fieri nemo dubitet : at ea q̄ a no/
bis facta ſũt iuſtiſſime facta . Deide cõtrariam dicemus ſététiá :
aut nullá eſſe : aut ſtultá : aut iiuſtá : aut nõ poſſe fieri : aˀ nõ con/
ſtare cũ inferioribus et ſuperioribus ſentétijs : aˀ cũ iure cõmũi : aˀ
cum alijs legibus cõmunibus : aut cum rebus iudicatis diſſétire .
Deide exéplorum a volũtate : et contra ſcriptum iudicatorum eũ/
meratione . Deide legũ et ſtipulationũ breuiter exceptaꝝ : i qui/
bus intelligitᷣ ſcriptoris volũtas et expoſitio . Locus cois contra
eũ qui ſcriptum recitet : et volũtaté ſcriptoris nõ itꝑ̄tetur .

## De Contrarijs Legibus .

CUm due leges diſcrepant iter ſe videndũ é primum
num q̄ abrogatio aut derogatio ſit . Deinde vtrũ le/
ges ita dĩſſétiant : vt altera iubeat : altera vetet : á ita
vt altera cogat : altera permittat . Infirma enim erit
eius deféſio qui negabit ſe feciſſe qõ cogeretᷣ : cũ altera lex ꝑmit/
teret : plus eni valde ſanctio permiſſiõe . Item illa deféſio tenuis
é : cũ oſteditᷣ id factũ eſſe qõ ea lex ſáciat : cui legi abrogatũ ꝉ de/
rogatum ſit : id qõ poſteriori lege ſácitũ ſit eſſe neglectũ . Cũ hec
erũt cõſiderata ſtati nr̃e legis expoſitiõe : recitatiõe : collaudatiõe
vtemur . Deide contrarie legis enodabimus volũtatem : et eam
trahemus ad nr̃e cauſe cõmodum . Deide de iuridiciali abſoluta
ſumeꝰ rationem iuris : et q̄reꝰ partem iuris . vtrũ cũ ea faciat : de
qua parte poſtea diſſeremus .

## De Ambiguo :

SI ambiguũ eſſe ſcriptũ putabitᷣ vtputa quod i duas
aut plures ſététias trahi poſſit : hoc mõ tractádũ eſt .
Primũ ſitne ambiguũ q̄rédum é . deide quõ ſcriptũ
eſt : et ſi id quod aduerſarij iterꝑ̄tátᷣ ſcriptor fieri vo/
luiſſet oſtédédum eſt . Deinde id quod nos interꝑ̄temur ⁊ fieri
poſſe : et honeſte : recte : more : lege : natura : bono et equo fieri
poſſe : quod aduerſarij interꝑ̄tantᷣ ecõtrario : nec eſſe ambigue
ſcriptũ : cum intelligatur vtra ſététia vera ſit . Sũt qui arbitrátᷣ
ad hanc cauſá tractandá vehemétᷣ ꝑtinere cognitõeꝫ ãphibologiaꝝ

eam q̄ a dialecticis ꝓfert̄ nos autē arbitramur nō mō adiumētū
eſſe : ſed potius maximo impedimēto Omnes enim illi dialectici
amphibologias aucupātur eas eciā q̄ pte ex altera ſentēciā nullā
poſſūt interp̄tari Itaq₃ ⁊ alieni ſermonis moleſti interpellatores:
et ſcripti ſui tū odioſi : tum obſcuri iterp̄tes ſūt : et dum caute et
expedite loqui volūt īfantiſſimi reperiūtur. Ita dū metuūt in di/
cendo ne quid ambiguum dicāt nomē ſuū ꝓnūciare nō poſſūt.
Verū horū pueriles opiniones rectiſſimis rationibꝫ cū voles re/
fellem⁹ · Imp̄ſēciarū hoc interdicere nō alienū fuit : vt huius īfā/
cie garrulam diſciplinam contemneremus.

### De Diffinicione.

Qum difinicione vtemur primū afferemus breuem voca/
buli diffīcionē hoc mō· Maieſtatē is minuit q̄ ea tollit :ex quibus
rebus ciuitatis amplitudo cōſtat . Hec ſūt ea que capiūt ſuffragia
populi et magiſtratus cōſiliū. Nempe igitur tu et populū ſuffra/
gio et magiſtratū cōſilio priuaſti :cū pōtes diſturbaſti . Itē ex cōt̄/
rio maieſtatē is minuit q̄ ampiltudinem ciuitatis det̄mento affi/
Diminutio eſt cũ aliquid eſſe in nobis : aut in his quos defendimꝰ : aut natura : a᷑ fortuna : aut induſtria dicemꝰ egregiũ: quod ne qua ſignificetur arrogans oſtentatio : diminuitur et attenuatnr oratione hoc modo . Nam hoc pro meo iure iudices dico me labore et induſtria curaſſe vt diſciplinam militarẽ nõ i poſtremis tenerem . Hic ſi quis dixiſſet ut optime tenerem tãetſi vere dixiſſꝫ : tñ arrogãs viſꝰ eſſꝫ. nũc et ad inuidiã vitandã et ad laudem comparandam ſatis dictum eſt . Item igitur vtrum auaritie cauſa aut egeſtatis acceſſit ad maleficium . auaricie : at largiſſimus fuit in amicos : quod ſignũ liberalitatis eſt : que contraria auaricie eſt egeſtatis : at huic quidẽ pater (nolo nimiũ dicere) non tenuiſſimũ patrimoniũ reliquit. Hic quoqꝫ vitatũ eſt ne magnũ aut maximũ diceret᷑ . hoc igitur in noſtris : aut eorũ quos defendemus : egregijs cõmodis ꝓferũdis obſeruabimꝰ . Nam et eiuſmodi res et inuidiã cõtrahũt i vita et odiũ i oratione ſi icõſiderate tractes . Qua re quemadmodum ratione in viuendo fugit᷑ inuidia : ſic in dicendo conſilio vtatur odiũ .

¶Deſcriptio .

Deſcriptio noiat᷑ que reꝝ cõſequẽtiũ ꝯtinꝫ ꝑſpicuã et dilucidã cũ grauitate expoſitionẽ hoc mõ. ꝙ ſi iſtũ iudices veſtris ſẽtẽtijs libe᷑ueritis : ſtati ſicut e cauea leo miſſꝰ : a᷑ aliq̃ teterrima belua ſoluta ex catenis volutabit : et vagabit᷑ i foro acuẽs multos dẽtes:i cuiuſqꝫ fortũas i õnes aicos atqꝫ inimicos notos atqꝫ ignotos icurſãs : alioꝝ famã depeculãs : alioꝝ caput oppugnans: alioꝝ domum ac õnem familiã ꝑfringens ; rem . pu . funditus labefactãs.

qua re iudices eiicite eũ de ciuitate. liberate ões formidine. vo/
bis deniq; ipſis cõſulite. nam ſi iſtum impunitum dimiſeritis: in
voſmet ipſos (mihi credite) feram et truculentã beſtiam iudices
ĩmiſeritis. Item ſi de hoc iudices grauem ſentẽtiã tuleritis: vno
iudicio ſil' multos iugulaueritis. grandis natu parẽs cui9 ſpes ſe/
nectutis õnis in hui9 adoleſcẽtia poſita eſt: quare velit ĩ vita ma/
nere nõ habebit. filij parui priuati patris auxilio ludibrio et de/
ſpectui paternis ĩimicis erũt oppoſiti. tota domus hui9 indigna
cõcidet calamitate ĩimici ſtatim ſanguinolenta palma crudeliſſima
victoria potiti inſultabunt: in hoꝝ miſerias et ſupbire ſimul et
xbis inuehũtur. Item nam neminẽ veſtrũ fugit quirites capta
vrbe que miſerie conſequi ſoleãt. arma qui cõtra tulerũt: ſtatim
crudeliſſime trucidantur. ceteri qui poſſunt per etatem et vires
laborem ferre: rapiuntur in ſuitutẽ: qui nõ poſſunt vita priuã/
tur. vno deniq; atq; eodem tpe dom9 hoſtili flagrabit incendio:
et quos natura aut volũtas neceſſitudine beniuolentia cõiũxit diſ/
trahũt. partim liberi e gremiis parẽtũ diripiunt. partim ĩ ſinu
iugulant. partim ante edes cõſtuprantur. nemo iudices eſt qui
poſſit ſatis rẽ cõſeq verbis: nec referre oratione magnitudinẽ cala/
mitatis. Hoc genere exornationis: vel indignatio vel miſericor/
dia poteſt cõmoueri: cum res cõſequentes comprehenſe vniuerſe
perſpicua breuiter exprimũtur oratione.

Diuiſio.

Diuiſio eſt q̃ re ſemouens a re vtranq; abſoluit ratione
ſubiecta hoc mõ. cur ego nũc tibi obiciã quitquã? ſi prob9 es nõ
meruiſti: ſi improbus nõ cõmouere. Item quid nũc ego te in eis
proprijs meritis predicẽ. ſi meminiſtis obtũdã: ſi obliti eſtis cũ
re nihil egerim. quid eſt quod verbis proficere poſſim? Itẽ due
res ſũt que poſſũt homines ad turpe compendium cõmouere ino/
pia atq; auaricia. te auaꝝ in fraterna diuiſione cognouimus: io/
pem atq; egentem nunc videmus. Qui poteſt igitur oſtendere
cauſam maleficij non fuiſſe. Inter hanc diuiſionem et illam que
de partibus orationis tertia eſt de qua ĩ libro pmo dixim9 ſecũdũ
narrationem hoc intereſt: illa diuidit per enumerationẽ: quibus

de rebꝰ totã or̃oꝫ diſputatio futur̃ ſit: hec ſe ſtati explicat: et breuĩ
duabus aut pluribꝫ partibꝰ ſubĳciens rationes exornat oratioñe.

¶ Frequentatio.

Frequentatio eſt cũ res i tota cã diſperſe cogũť vnũ i lo/
cum quo grauior aut acrior aut crimioſior oratõ ſit h̃ pacto.
Nõ q̊ tãdẽ abẽ iſte vitio ꝗd ẽ cur eũ iudicio velitis liber̃/
re Sue pudicie ꝓditor ẽ iſidiator aliene cupidiꝰ itẽpans petulãs
ſuꝑbus impius i parentes igratus i amicos ifeſtꝰ icognatos iſupe/
riores cõtumax i equos et pares faſtidioſus in inferiores crudelis
deiqꝫ i õnes intollerabilis. Eiuſdẽ generis illa frequẽtatio q̃ pluri/
mũ cõiecturalibus cauſis opitulať cũ ſuſpitiones que ſeꝑati diſtic/
te imminute et iſirme erãt vnũ i locũ coacte: rẽ videť ꝑſpicuã fa/
cere nõ ſuſpicioſã hoc pacto. Nolite igiť nolite iudices ea q̃ dixi
ſeꝑati ſpectare: ſꝫ oĩa colligite et cõferte i vnũ. Si et cõmodũ ad
iſtũ ex morte illiꝰ veiebat et vita ẽ turpiſſia hoĩs: aniꝰ auariſſiũs.
fortune faĩliares attenuatiſſie. et res iſta nẽi bono p̄ť iſtũ fuit: neqꝫ
alĳs iſte cõmodioribꝫ roĩbꝫ facẽ potuit neqꝫ p̄teritũ ẽ ab iſto q̇tꝙ
ꝙ opꝰ fuerat: neqꝫ factũ qđ opus nõ fuit ad maleficiũ. et tum
locus idoneus maxime queſitus; tum occaſio aggrediendi cõmoda
tẽpꝰ adeũdi oportuniſſimũ: ſpaciũ cõficiendi lõgiſſimũ: ſũptũ eſt
nõ ſine occultãdi et perficiendi ſpe maleficĳ maxima. et preterea
ante quã occiſus homo is eſt: iſte viſꝰ eſt in eo loco i quo ẽ occiſio
facta ſolꝰ. Paulo poſt i ipſo maleficio vox illiꝰ q̇ occidebať audi/
ta eſt. deinde poſt occiſionẽ iſtum multa nocte domũ redĳſſe cõ/
ſtat· poſtera die titubãter et inconſtanter de occiſione illius locu/
tum. hec partim teſtimonĳs: partim queſtionibus et argumẽtis
omnia comprobantur et rumore populi: quem ex argumentis na/
tum neceſſe eſt eſſe verum. Veſtrum iudices eſt his locũ in vnũ
collocatis certã ſumere ſententiã nõ ſuſſpitionem maleficĳ. Nam
vnũ aliq̇d ꝯ alteꝝ põt i iſtũ caſũ cecidiſſe ſuſpicioſe: vt oĩa iter ſe
a prĩo ad poſtremũ ꝯueniãt maleficia: neceſſe caſu non poſſe fieri.
Vehemẽs ẽ hec exornatio et i cõiecturali ꝯſtitutiõe cauſe ferme ſꝑ
neceſſaria et i ceteris generibus cãꝝ et in omni oratione adhibẽda
non numquam.

¶ Expolitio.

Expolicio eſt cum in eodem loco manemus : ⁊ aliud atq̃ a/
liud dicere videmur . Dupliciter autem fit ſi aut eandē
plane dicemus rem : aut de ea re eandem rem dicemus nō eodem
modo . nam id obtundere auditorem eſt non rem expolire : ſed
commutare debemus . cōmutabimus tripliciter : verbis: pronun/
ciando : tractando . verbis commutabimus cum res ſemel dicta i/
terum : aut ſepius alijs verbis que idem valeant : eadem res ꝑ/
feretur hoc modo . Nullū tantum eſt periculum ꝙ ſapiens ꝓ ſa/
lute patrie vitandum arbitretur . Cum augetur incolumitas per/
petua ciuitatis . qui bonis erit rationibus preditus profecto nul/
lum diſcrimen vite ſibi pro fortunis reipu . fugiendum putabit :
et erit in ea ſententia ſemper vt pro patria ſtudioſe q̈uis in mag/
nam deſcendat vite dimicationem . Pronunciando cōmutabimus
ſi cum in ſermone : tum in acrimonia :tum in alio atqꝫ alio genere
vocis atqꝫ geſtus eadem verbis commutando pronunciatione ve/
hementius quoqꝫ cōmutauerimus . hoc neqꝫ commodiſſime ſcribi
poteſt : neqꝫ parum eſt apertum quare non eget exempli . Tertiū
genus eſt commutationis quod tractando conficitur : ſi ſententiā
traijciamus aut ad ſermocinationem ꝰ excuſationem. Sermocina/
tio eſt de qua plenius paulo poſt ſuo loco dicemus .nunc breuiter
quod ad hanc rem ſatis ſit attingemus :.in qua conſtituetur alicu/
ius perſone oratio accommodata ad dignitatem hoc modo : vt q̈
facilius res cognoſci poſſit : ne ab eadem ſententia diſcedamus .
Sapiens omnia rei . p . cauſa ſuſcipiendi pericula putabit . ſepe
ipſe ſecum loquitur non mihi ſoli : ſed etiam atqꝫ adeo multo po/
tius natus ſum patrie: vita q̄ fato debetur ſaluti prie potiſſimum
ſoluatur . Aliud hec me tute atqꝫ honeſte produxit vſqꝫ ad hanc
etatem : munijt meas rationes bonis legibus optimis moribus
honeſtiſſimis diſciplinis .Quid eſt hoc quod a me ſatis ei perſol/
ui poſſit ? vnde hec accepta ſunt ? hec loquetur ſecum ſapiens : ſe/
pe ego in periculis rei . pu . nullum ipſe periculum fugi . Item
mutatur res tractando :ſi traducitur ad exuſcitationem cum ⁊ nos
commoti dicere videamur et auditoris animum commouemus
ſic . Quid eſt tam tenui cogitatione preditus cuius animus tātis

auguſtijs inuidie continetur : qui non hũc hominẽ ſtudioſiſſime
laudet et ſapientiſſimum iudicet : qui pro ſalute patrie : pro inco/
lumitate ciuitatis . pro rei . p . fortunis : ꝙuis magnum atq; atrox
periculum ſtudioſe ſuſcipiat et libenter ſubeat ? equidem hũc ho/
miez magis cupio ſatis laudare ꝙ poſſũ . Idḗq; hoc certo ſcio vo/
bis,omnibus vſu venire . Eadem res igitur his tribus in dicen/
do commutabitur rebus : verbis : pronnnciando : tractando : ſed
tractando dupliciter ſermocinatōe : et exuſcitatōe . Sed de eadẽ
re cum dicemus pluribus vtemur commutationibus .nam cum rẽ
ſimpliciter pronunciauerimus : rationem poterimus ſubijcere .
Deinde duplicem vel ſine rationibus pronũciare ſẽtẽtiam . Dei/
de afferre contrarium : de quibus omnibus diximus in verborũ
exornationibus . Deinde ſimile ⁊ exemplum de quo ſuo loco plu/
ra dicemus . Deinde concluſionem de qua in ſecundo libro que
opus fuerunt diximus : demõſtrantes argumentationem quẽad/
modum concludere oporteat in hoc libro docuimus cuiuſmodi eſ/
ſet exornatio verbi : cui concluſioni nomen eſt . Ergo huiuſmoi
vehemẽter ornata poterit eſſe expolitõ: q̃ conſtabit ex freq̄tibꝫ ex/
ornationibus verborum et ſententiarum hoc mõ . Igitur ſeptem
partibus tractabitur : ſed ab eiuſdem ſententie non recedamus
exemplo :vt ſcire poſſis ꝙfacile ꝑceptõe rhetorice res ſiplex multi/
plici rõe t̃ctet̃ . Sapiẽs nullũ ꝓ re . pu. ꝑiculũ vitabit : iõ qd̓ ſe/
pe fit vt cum re . pu . ꝑire noluerit neceſſario cum re pu . ꝑeat . ⁊
qm̃ ſũt oia ↄmoda a pr̃ia accepta nullũ icõmodũ ꝓ pr̃ia graue pu/
tãdũ ẽ : ergo q̇ fugiũt id ꝑiculũ qd̓ ꝓ re.p . ſbeũdũ ẽ ſtulte faciũt.
nã neq; effugẽ id poſſũt : et igrati in ciuitatẽ reperiũt̃ . At q̇ pa/
trie ꝑicula ſuo ꝑiculo expetũt : hi ſapientes putandi ſũt : cũ ⁊ eum
ꝙ debẽt hõrẽ rei . p . reddũt : ⁊ ꝓ multis ꝑire malũt : ꝙ cũ mul/
tis Eteni vehemẽter ẽ iiquũ vitã quã a natur̃ acceptã ꝓpter pr̃iã
ↄſeruaueris : ĩture cũ cogat reddere pr̃ie cũ roget nõ dare . Et
cũ poſſis cũ ſũma ꝟtute et hõre ꝓ pria iterire malle ꝑ dedec⁹ et
ignauiã viuẽ . pro aicis ⁊ ꝑntibꝫ ⁊ ceteris neceſſarijs adire ꝑiculũ
velis pro re . p. in qua et hoc et illud ſanctiſſimum nomen patris
ↄtinet̃ nolle id diſcrimẽ venire .

Itaq; vti contemnendus eſt qui ī nauigando nauim: q̄ ſe mauult
incolumē : ita vituperādꝰ qui in re. p. diſcrimini ſuo plus q̄ ſa/
luti communi conſulit. naue fracta multi incolumes fuerunt ex
naufragio patrie ſaluus nemo poteſt enatare. Quod mihi bene
videtur Decius intellexiſſe qui ſe deuouiſſe dicitur : et pro legi/
onibus ſe ī hoſtes immiſiſſe medios : vnde aiſit vitam et non per/
didit. Re enim viliſſima et parua maximam redemit : vitam de/
dit : accepit patriā : aiſit aiam : potiꝰ ē gloria : q̄ cū ſūma laude ꝓ/
dita vetuſtate quotidie magis eniteſcit. q ſi pro rēpu. debere ac/
cedere ad periculum et ratione demonſtratum eſt et exemplo cō/
probatum. hi ſapientes ſunt exiſtimandi qui nullum pro ſalute
patrie periculum vitant. In his igitur generibus expolitio ver/
ſatur de qua producti ſumus : vt plura diceremus quod non mō
cum cauſam dicimus. adiuuat et exornat orationem : ſed multo
maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatem. Quare ↄ/
ueniāt extra cauſam in exercendo rationes adhibere expolitionis
in dicendo vti cum exornationibus argumentationem de qua re
diximus in libro ſecundo.

¶ Commoratio

c Commoratio eſt cum in loco firmiſſimo : quo tota cauſa ↄ/
tinetur manetur diutius et eodem ſepius reditur : hec vti
maxime conuenerit. ⁊ id eſt oratoris boni maxīe proprium : nō eī
datur auditori poteſtas animum de re firmiſſima dimouendi : hu/
ic extremum ſatis idoneum ſubiici non potuit : propterea quod h̄
locus non eſt a tota cauſa ſeparatus : ſic vt mēbꝝ aliqđ ſ; tāq̄ ſāguis
profuſus eſt per totum corpus orōnis.

¶ Contentio.

c Contentio eſt per quam contraria referuntur : ea eſt ī ver/
borum exornationibus vt ante docuimus eiuſmodi. In/
imicis te placabilem : amicis inexorabilem prebes. In ſententiarū
huiuſmodi : vos huius incommodis lugetis : iſte reipu. calami/
tate letatur : vos veſtris fortunis diffiditis : iſte ſolus ſuis eo ma/
gis confidit. Inter hec duo contentionum genera hoc intereſt. il/
lud ex verbis celeriter relatis conſtat. hic ſententie contrarie ex

ex ꝯpatione referatur oꝫ.

## Similitudo.

Similitudo eſt orõ traducens ad ré quápiá aliqͩ ex re diſpari ſimile. Ea ſũit᷑ ꝗ ornádi cá ꝗ ꝓbádi ꝗ aptius dicẽdi ꝗ ãte oculos ponẽdi. Quomõ quattuor de cauſis ſumit᷑: ita quattuor modis dicit᷑: per ꝯtriũ: ꝑ negacõeꝫ: ꝑ collacõeꝫ: ꝑ breuitaté. Ad vná quáqꝫ ſumẽde cáꝫ ſilitudis accõmodabiꝰ ſigulos mõs ꝓnũciádi. Ornádi cá ſũit᷑ ꝑ ꝯtriũ ſic: nõ ei qͣdmodũ i paleſtra q̇ tedas ardẽtes accipit celerior ẽ i curſu cõtinuo: qͣ ille qui tradit: ita melior impator nouus qui accipit exercitum: qͣ ille q̇ decedit: ꝓp ꝙ defatigatꝰ curſu itegro facere: hic ꝑitꝰ ipator imꝑito exercitũ t̃dit. Hoc ſñ ſili ſatis plane et perſpicue et ꝓbabilit᷑ dici potuit hoc mõ. dr̃ minus bonos ipatores a melioribus exercitum accipere ſolere: ſed ornandi cauſa ſimile ſumptum eſt: vt orationi dignitas quedam comparetur. Dictum eſt autem ꝑ ꝯtrarium cum ei rei quam nos probamus aliquam rem negamus eſſe ſimilem: vt paulo ante cum decurſoribus aſſerebamus. ꝑ negationem dicetur probandi cauſa hoc mõ. neqꝫ equus indomitus qͣuis natura bene compoſitus ſit: idoneus poteſt eſſe ad eas vtilitates et aptus que deſiderantur ab equo: neqꝫ homo indoctus qͣuis ingenioſus ad virtutem poteſt ꝑueire. hoc ꝓbabilius factũ eſt ꝙ magis eſt veriſimile non poſſe virtutem ſine doctrina comparari. quoniam nec equus quidem indomitus idoneus poſſit eſſe. ergo ſũptum eſt probandi cauſa dictum aũt per negationem. id enim perſpicuum eſt de primo ſimilitudinis verbo. Sumetur et aptius dicendi cauſa ſimile. dicitur auté per breuitaté hoc mõ. i amicicia gerenda ſicut in certamine currendi non ita conuenit exerceri: vt quoad neceſſe ſit venire poſſis: ſed vt productus ſtudio et viribus vltro facile procurras. Nam hoc ſimile eſt vt apertius intelligatur mala ratione facere qui reprehendant eos: qui verbi cauſa poſt mortem amici liberos eius cuſtodiant: propterea ꝙ in curſore tantum velocitatis eſſe oporteat: vt efferatur vſqꝫ ad finé. In amico tautũ beniuolentie ſtudium: vt vltra qͣ ꝙ amicus ſentire poſſit: percurrat amicicie ſtudio. dictum aũt ſimile eſt per breuitaté. non eni ita eſt: vt i ceteris rebꝰ r̃s ab re ſeꝑata ẽ: ſꝫ

vtraqȝ res coniuncte et confuſe comparata. Ante oculos ponendi
negocii cauſa ſumetur ſimilitudo: cum dicetur per collationem ſic.
vti citharedus cum prodierit optime veſtitus palla inaurata in/
dutus cum clamide purpurea coloribus variis intexta et cum coro/
na aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata: citharam tenẽs
exornatiſſimam auro et ebore diſtinctam. Ipſe preterea forma et
ſpecie ſit et ſtatura appoſita ad dignitatem: ſi cum magnam popu/
lo commouerit his rebus expectationem: repente ſilentio facto
vocem mittat acerbiſſimam cum turpiſſimo corporis motu: quo
melius ornatus ſit: et magis fuerit expectatus: eo magis deriſus
et contemtus eiicietur. ita ſi quis in excelſo loco et in magnis ac
locupletibus copiis collatus fortune muneribus et nature com/
modis omnibus abundabit: ſi virtutis et artium que virtutis
magiſtre ſunt egebit: quo magis ceteris rebus erit copioſius ⁊ il/
luſtris expectatus: eo vehementius deriſus et contemptus ex omni
couentu bonorum eiicietur. Hoc ſimile exornatione vtriuſqȝ rei:
et alterius inertie artificis alterius ſtultitie ſimili ratione collata
ſub aſpectu omnium rem ſubiecit. Dictum autem eſt ꝑ collationẽ:
propterea ꝙ propoſita ſimilitudine paria ſũt relata omnia. In ſi/
milibus obſeruare oportet diligenter: vt cum rem afferamus ſi/
milem: cuius rei cauſa ſimilitudinem attulerimus: verba ad ſimi/
litudinem habeamus accõmodata: id eſt huiuſmodi. Ita vt hirũ/
dines eſtiuo tẽpore preſto ſunt: frigore pulſe recedunt: ex eadem
ſimilitudine nũc per tranſlationẽ verba ſumamꝰ ita falſa amici ſe/
reno vite in tempore preſto ſunt: ſimul atqȝ hiemem fortune vi/
derint: deuolant omnes. Sed inuentio ſimilium facilis erit: ſi/
quis ſibi omnes res animatas et inanimatas: mutas et eloquẽtes:
feras et manſuctas: terreſtres et celeſtes: maritinas: artificio:
caſu: natura: comparatas: vſitatas: atqȝ inuſitatas: frequenter
ante oculos potuerit ponere: ⁊ ex his aliquam venari ſimilitudinẽ:
que aut ornare: aut docere: aut apertiorem rem facere: aut poñe
rem ante oculos poſſit. Non enim res tota toti rei neceſſe eſt ſi/
milis ſit: ſed ipſum quod conferetur ſimilitudiem habeat oportet.

Exemplum.

Exemplum ē alicꝰ fcti aut dcti p̄teriti cū certi auctoris noīe ꝓpoſitio . id ſūit̄ iiſdē de cauſ q̄bꝰ ſilitudo rē ornatiores facit : cū nullꝰ rei niſi dignitatis cā ſūit̄ . Apertiorē : cū id qd̄ ſit obſcurius magis dilucidū r̄ddit . Probabiliorē cū magis veriſilē facit āte oculos poīt : cū exp̄mit oīa ꝑſpicue : vt res dicta ꝓpe manū tēptari poſſit . Uniꝰ cuiuſqꝫ generis ſigula ſbiecîſſeꝰ ex/ēpla : niſi exēplū qd̄ genꝰ eſſꝫ i expolitōe demōſtraſſemꝰ : ⁊ cauſas ſumēdi i ſilitudīe aperuiſſemꝰ . Quare voluimꝰ : neqꝫ pauca quo minꝰ itelligeret̄ : neqꝫ re itellecta plura ꝯſcribere .

Imago ſimilis .

IMago ē forme cū forma cū quadā ſilitudīe collatō . Hec ſūit̄ aut laudis aut vituꝑatiōis cauſa . Laudis cā ſic . ibat in p̄liū corpe tauri validiſſimi : impetu leonis acerri ſilis . Vituꝑatōis vt i odiū adducat h̄ m̄ . iſte q̄tidie ꝑ foꝝ mediū tāq̄ iubatus draco ſerpit dētibꝰ aduncis : aſpctū venenato : ſpiritu ra/pido : circūiſpectās huc ⁊ illuc : ſiquē reꝑiat : cui aliq̇d mali fauci/bꝰ afflare : ore attigere : dētibꝰ iſecare : ligua aſꝑgere poſſit . Ut inuidiam adducat hoc mō . iſte q̇ diuitias ſuas iactat : ſicut gallus e Phrygia : aut auriolus q̇ſpiā deꝑſſus : et onert̄us auro clamat : et delirat . In contemptionē ſic . iſte q̇ tāq̄ coclea abſcondens re/tentat ſeſe tacitus cū domo totꝰ vt cōedat̄ aufert .

Effectio .

EFfectio eſt cum exprimitur et effingitur verbis corporis cuiſpiam forma quoad ſatis ſit ad intelligendum hoc mō . Hunc dico iudices rubrum . breuem : incuruum : canum : ſubcriſ/pum : ceſium : cui ſane magna eſt in mento cicatrix . ſi quo modo poteſt in memoriam vobis redire . hēt hec exornatio cū vtilitatē : ſiquem velis oſtendere . tū veūſtatē : ſi breuit̄ et dilucide fctā eſt .

Notatio .

NOtatio eſt cum alicuius natura certis deſcribitur ſig/nis que ſicuti note quedam nature ſunt attributa . Ut ſi velis non diuitem : ſed oſtentatorem pecunio/ſum deſcribere . iſte inquies iudices qui dici diuitem putat eſſe preclarum . Primum nunc videte q̊ vultu vos intueat̄ . nōne

vobis videt᷑ dicere : darem vobis ſi mihi moleſti nõ eſſetis . Cũ
vero ſiſtra metũ ſubleuat: exiſtimat ſe gẽme nitore ⁊ auri ſplẽdo/
re aſpectꝰ omniũ ꝑſtringere . Cum pueꝝ reſpicit hũc vnũ quem
ego noui : vos nõ arbitror nouiſſe alio noīe appellat deinde alio
atqꝫ alio . heus inquit vide ſamio : nequid iſti barbari turbent :
vt ignoti qui audiũt : vnũ putẽt ſelegi de multis . ei dicit ī aurẽ:
aut domi lectuli ſternant᷑ : aut ab auũculo roget᷑ ethiops qui ad
balneas veniat : aut aſturconi locꝰ ante oſtiũ ſuũ det᷑ : aͭ aliquod
fragile falſe coragiũ gloꝛie cõparet᷑ . Deinde exclamat vt omnes
audiant : videto vt diligenter numeret᷑ ſi poteſt añ noctẽ . puer q̄
iam bene hoīs naturã nouit . tu illo plures mittas opoꝛtꝫ inquit :
ſi hodie vis tranſnumerari : age īquit . duc tecũ libanũ et ſoſiam :
Sane deinde caſu veniũt hoſpites hoī : quos dum iſte ſplendide
ꝑegrinat᷑ inuitauit . ex ea re hõ hercule ſane cõturbatur: ſꝫ tamen
a vitio nature nõ recedit . bene inquit facitis cũ venitis : ſꝫ rectiꝰ
feciſſetis ſi ad meã domũ recta abiiſſetis . id feciſſemꝰ īquiunt illi
ſi domũ nouiſſemus . at iſtud quidẽ facile fuit vñ lil et inuenire.
Verũ cũ euntem ſequũtur illi : ſermo interea huiꝰ ꝯſumit᷑ õnis
in oſtentatione : Querit᷑ in agris cuiuſmodi frumenta ſint. negat
ſe (quia ville incenſe ſint) accedere poſſe : nec edificare etiã nunc
audere: tametſi in tuſculano quidẽ īcepi inſanire : et hiiſdẽ funda/
mentis edificare . Dũ hec loquit᷑ venit in edes quaſdã: in quibꝰ
ſodalicium erat eodem die futurum quo iſte pro noticia domini
ediũ ingredit᷑ : cũ hoſpitibꝰ . hic inquit habito : ꝑſpicit᷑ argentũ:
quod erat expoſitũ : viſit tricliniũ ſtratũ probat . accedit ſeruu/
lus . dicit hoī clã dominũ iã ventuꝝ : ſi velit exire . ita ne īquit ?
camus hoſpites : frater meꝰ venit ex ſalerno . ego illi obuiã ꝑgã :
vos huc decia venitote. hoſpites diſcedũt . iſte ſe rapti domũ ſuã
coniicit . illi decima qua iuſſerat veniũt : querunt hũc : reperiũt
domũ cuia ſit . in diuerſoꝛiũ deriſi cõferũt ſeſe . Viderũt hominẽ
poſtera die : narrant : expoſtulant : accuſãt . ait iſte eos ſiliti dine
loci deceptos : angipoꝛto toto deerraſſe ſe cõtra valitudinẽ ſuã ad
noctẽ multam expectaſſe : Samioni puero negocium dederat : vt
vaſa : veſtimenta : pueros coꝛrogaret . ſeruulos non inurbanos

ſatis ſtrenue et cōcinne cōparat. iſte hoſpites domū deducit. Dit
ſe domos maximas cuidam amico ad nuptias accomodaſſe. nūciat
puer argētū repeti ꝑtimuerat eni qui cōmodarat. apagite inquit:
edes cōmodaui: familam dedi argētū quoq; vult? tāetſi hoſpites
habeo: tamen vtatꝰ: licet nos ſamiis delectabimur. Quid ego q̄
deinde efficiat: narrem. eiuſmodi eſt hoīs natura: vt que ſigulis
diebus efficiat gloria: atq; oſtentatione: ea vix ānuo ſermōe enar/
rare poſſi. Huiuſmodi notationes que deſcribunt qđ cōſentaneū
ſit vniuſcuiuſq; nature: vehemēter habēt magnā delectationem.
totā eni naturā cuiuſpiā ponūt ante oculos aut glorioſi: vt nos ex/
ēpli cauſa ceperamꝰ: aꝰ inuidi: aut timidi: aꝰ auari: ābicioſi: ama/
toris: luxurioſi: furis: quadruplatoris: deniq; cuius vis ſtudiū
protrahi poteſt in medium tali notatione.

## Sermocinatio.

SErmocinatio eſt cū alicui ꝑſone ſermo attꝛbuitꝰ: et is ex/
poitꝰ cū rōe digitatis h̄ pacto. Cū militibꝰ vrbs redūda/
ret: et ōnes ciues timore oppreſſi domi tenerētꝰ: venit iſte cū ſago
gladio ſuccinctus: tenēs iaculū. quinq; adoleſcētes hoiem ſili orna/
tu ſubſequūtꝰ. irrupit i edes ſubito. deide magna voce. Vbi eſt
iſte beatꝰ diues iq̄t: ediū dominꝰ: qui nō mihi preſto fuit? quid
tacetis? hic alij oēs ſtupidi tiōre obmutuerūt. Vxor illꝰ ifelicis/
ſimi cū mario fletu ad iſtiꝰ pedes obiecit ſeſe. Per te iq̄t et ꝑ ea
q̄ tibi dulciſſia ſūt i vita miſerē nr̄i: noli extiguē extictos. Fer mā/
ſuete fortunā: nos q̄q; fuiꝰ beati: noſce te ēē hoiēȝ. At ille qui il/
lū mihi datis. ac vos auribus meis opplorare deſinitis: nō abibit
illi nūciatꝰ iterea veniſſe iſtū: et clamore maximo mortem minari.
qđ ſimulac audiuit: heus inquit Trogia pediſſiqua puerorū: ab/
ſcōde pueros. defende: fac ut incolumis ſit adoleſcētia. Vix hec
dixerat: cū ecce iſte preſto: ſedes: iquit audax. non vox nica tibi
vitā ademit? exple meas iimicitias et iracūdiā ſtatura tuo ſāguine.
Ille cū magno ſpū ṽba metuebā iq̄t: ne plane victꝰ eſſē nūc video:
i iudicio mecū ɔtēdē nō vis: vbi ſupari turpiſſimū: ſupare pulch/
errimū ē iterficē vis? occides equidem: ſed victus non pibo. At
in extremo tp̄e vite etiā ſētentioſe eloq̄ris: neq; ei q̄ꝓ vides dn̄ari

vis ſupplicare. Tū mulier immo quidem iſte rogat et ſupplicat: ſed tu queſo cōmouere. et tu per deos inquit: hunc exāplexare: dominus eſt: vicit hic te: vince tu nunc animum. Cur non deſi/nis inquit vxor loqui: que me digna non ſunt? tace et que curā/da ſunt cura. tu ceſſas mihi vitam: tibi omnem bene viuendi ſpē mea morte eripere. Iſte mulierem reppulit ab ſe lamentantē. illi neſcio quid incipienti dicere: quod dignum videlicet illius vir/tute eſſet: gladium in latere defixit. Puto in hoc exemplo datos eſſe vnicuiqꝫ ſermones ad dignitatem accommodatos. id eſt quod oportet in hoc genere obſeruare. Sunt item ſermocinationes cō/ſequentes hoc genus. nā q̇d putaꝰ illos dctūros ſi hoc iudicaue/ritis? nonne hac omnes vtentur oratione? deinde ſubiicere ſer/monem.

## Confirmatio.

COnfirmatio eſt cum aliqua que non adeſt perſona ꝯfigit᷑: quaſi adſit: aut cum res muta: aut informis fit eloquens et formata: et ei oratio attribuitur ad dignitatem accommodata: vt actio quedam hoc pacto. Quod ſi nunc hec vrbs inuictiſſima vocem mittat ñ hoc pacto loquatur. Ergo illa plurimis tropheis ornata: triumphis ditata certiſſimis: clariſſimis locupletata vic/toriis. nunc veſtris ſeditionibus vexor o ciues: quam dolis ma/litioſa Carthago: viribus probata Numantia: diſciplinis erudita corinthus: labefactare non potuit. eam patimini nunc ab homū/culis teterrimis ꝯteri atqꝫ cōculcari? Item ꝙ ſi nunc ille lucius brutus reuiuiſcat: et hic ante pedes veſtros adſit: non hac vtet᷑ oratione? ego reges eieci vos tyrannos introducitis. ego liberta/tem que non erat peperi: vos partam ſeruare non vultis. ego ca/pitis mei periculo patriam liberaui: vos libere ſine periculo eſſe non curatis. Hec confirmatio licet in plures res mutas atqꝫ inaī/matas transferatur: proficit multum in amplificationis partibus et commiſeratione.

## Significatio.

SIgnificatio eſt res que plus in ſuſpicione relinquit q̈ꝑ poſitum eſt in oratione. ea fit per exuperationem: ābiguū:

conſeq̃ntiã : abſciſionem : ſimilitudnem . Per exuperationem cũ plꝰ dictũ ẽ ꝙ patitᷣ veritas augẽde ſuſpitõis cã ſic . Hic de tanto pri/ monio tam cito teſtam qua ſibi petat ignẽ nõ reliquit . Per ãbi/ guũ cũ v̾bũ põt ĩ duas plures ve ſẽtẽtias accipi : ſ; accipitᷣ ĩ eã ptẽ quam vult is qui dixit . vt ſi de eo dicas qui multas hereditates adierit . proſpice tu qui plurimũ cernis . Ambigua q̃admodum vitanda ſunt que obſcuram reddunt orationem : ita hec ↄſequẽda que cõficiunt huiuſmodi ſignificationem . Ea reperientᷣ facile : ſi nouerimus et animaduerterimus verborum ancipites a᷑ multipli/ ces poteſtates . Per conſequentiam ſignificatio fit : cum res que ſequuntur aliquam rem dicuntur : ex quibus tota res relinquitᷣ ĩ ſuſpicione : vt ſi ſalſamentarij filio dicas : quieſce tu cuius pater cubito ſe emungere ſolebat . Per abſciſionem : ſi cum incipimus aliquid dicere deinde precedimus : et ex eo quod iam diximus ſatis relinquitur ſic . Qui iſta forma ⁊ etate nuper aliene domui : nolo plura dicere . Per ſimilitudinem : cum aliqua re ſimili ablã nihil amplius dicimus : ſed ex ea ſignificamus quid ſentiamus h̾ modo . Noli ſaturnine nimium populi frequentia fretus eſſe . ſtᷓ/ titiam noſce gracchi . Hec exornatio plurimum feſtiuitatis habet : et interdum dignitatis . Sinit enim quiddam tacito oratore ipſũ auditorem ſuſpicari .

## De breuitate .

Breuitas eſt res ipſis tantummodo verbis neceſſarijs expedita h̾ modo . Lẽnõ preteriens cepit : inde Thar/ ſi preſidiũ reliq̃t . poſt vrbẽ bithynĩã ſuſtulit . inde pl᷑ꝰ in heleſpontum ſtati potitur abido . Item mõ conſul : quondam tribunus : is deinde primus erat ciuitatis : tunc proficiſcitᷣ ĩ aſiã : deinde exul et hoſtis eſt dictus . poſt imperator et populi ro . fac/ tus eſt cõſul Habet paucis comprehenſa breuitas multarum reꝝ expeditionem . Quare adhibẽda ſepe eſt : cum aut res non egebit lõge orõis : a᷑ tẽpꝰ nõ ſinet cõmorari .

## De demõſtratõe .

Demonſtratio eſt cum ita res verbis exprimitur : vt geri negocium : et res ante oculos eſſe videatur .

Id fieri poterit ſi que ante et poſt in ipſa re facta erunt compre/
hendemus : aut a rebus conſequentibus aut a circumſtantibus nõ
recedemus hoc modo . Quod ſimulatq Graccbus proſpexit fluc/
tuare populum verentem : ne ipſe auctoritate ſenatus commotus
ſententia deſiſteret ; iubet aduocari concionem . Iſte interca ſcele
et malis cogitationem redundans euolat ex templo Iouis : ſudãs:
oculis ardentibus : erecto capillo : cõtorta toga cum pluribus ali/
is ire celerius cepit . Illi preco faciebat audientiam : hic ſubſelliũ
quoddam calce premens dextra pedem defringit : et hoc alios iu/
bet idem facere. ¶Cum Graccbus deos inciperet precari : cur/
ſim iſti impetum faciũt : ex alijs alijſq partibus conuolant : atq
e populo vnus fuge fuge inquit Tiberi : Num vides ? reſpice i/
quam . Deinde vaga multitudo ſubito timore perterrita fugere
cepit . at iſte ſpumam ex ore reijciens anhelans ex infimo pectore
crudelitatem contorquet brachium : et dubitanti Graccho quid
eſſet : neque tamen locum in quo conſtiterat relinquenti percutit
tempus . Ille nullam vocem edens inſita virtute concidit tacitus.
iſti viri fortiſſimi miſerando ſãguine aſperſus qnaſi facinus pre/
clariſſimum feciſſet circun ſpectans et hilare ſceleratam gratulan/
tibus manum porrigens in templum Iouis contulit ſeſe. Hec ex/
ornatio in amplificanda et commiſeranda re plurimum prodeſt :
et in huiuſmodi narrationibus . ſtatuit enim totam rem : et ꝓpe
ponit ante oculos .

OMnes rationes honeſtande elocutionis ſtudioſe colle/
gimus : in quibus Herenni ſi te diligentius exercueris :
et grauitatem : et dignitatem : et ſuauitatem habere in
dicendo poteris : vt oratorie plane loquaris : ne nuda atque inor/
nata inuentio vulgari ſermone efferatur . Nunc identidem noſ/
metipſi nobis inſtemus ( res enim communis agitur ) vt frequẽt
et aſſidue conſequamur artis orationem ſtudio et exercitatione .
q̃d alij cũ moleſtia trib de cauſis maxime faciunt . aut ſi cum q̃b
libenter exerceantur non habent : aut ſi diffidunt : aut ſi neſciũt
quam viam ſequi debeant. que a nobis abſunt omnes difficultates.
Nam et ſimul libẽter exercemur propter amiciciam : cuius initiũ

rogitō facit. cetera phie rō ꝯfirmabit. Et nobis nō diffidiꝰ ꝓp ꝙ
aliq̄tulū ꝓceſſimꝰ: ⁊ alia meliora ſūt: q̄ multo itētius petiꝰ i vita:
vt etiā ſi nō puenerimꝰ in dicendo quo volumus parua pars vite
perfectiſſime deſideretur. Et viam quam ſequamur habemꝰ ꝓp-
terea: ꝙ in his libris nihil preteritum eſt rhetorice preceptionis.
Demonſtratum eſt enim quomodo res in omnibus generibus
cauſarum inueniri oporteat. Dictum eſt quo pacto eas diſponere
conueniat. Traditum eſt qua ratione eſſet pronunciandum. Pre-
ceptum eſt qua via meminiſſe poſſemus. Demonſtratum eſt q̄-
bus modis perfecta elocutio cōpararet̄. Que ſi ſequemur acute
et cito reperiemus: diſticte et ordinate exponemus: grauiter et
venuſte pronunciabimus: firme et ꝑpetuo meminerimus: ornate
et ſuauiter loquemur. Ergo in arte rhetorica nihil eſt amplius.
Hec omnia adipiſcemur: ſi rationes preceptionis diligentia conſe-
quemur exercitationis.

Marci Tulij Cicerōis Oratoris clariſſimi ad Herennium Rhe-
toricorum Nouorum liber vltimus Feliciter explicit.

Eneas epiſcopus tergeſtinus Juriſconſultiſſio viro domio Gre/
gorio Heimburgenſi S. p d

C Icero cum adhuc Juuenis apud grecos mirificā orōnē
habuiſſet admirabātur qui aderant omnes miriſq; lau/
dibus nouum oratorem efferebant. Senex autem q̇dā
amantiſſimus patrie inter omnium leticiam atq; tripudium ſolus
flebat Mirati circumſtantes q̄uid eſt inquiunt quod te letantib9
ceteris meror conficit Tum ille omnes inquit grecorum artes in
latinum migrarunt vnica nobis et familiaris ⁊ cariſſima remanſe/
rat eloquentia Sed hanc etiam nobis Cicero aufert atq; in ytaliā
ſecum ducit Nuuquid iuſta eſt cauſa lacrimarum Sic mihi hodie
de te viſum eſt cum in regia de ſtudijs que vocant huānitatis de/
certares Nam et legiſtam et theutonem ſuperabas et Jtalicam re/
dolebas oratoriamq; facundiam Sed quod fuit merori greco mi/
hi leticiā prebuit Neq̄ eni ſi theutonia litteris claret q̄ illas tradit
Jtalia minus habet litterarum Sūt ſcientie ſicut et lumen qđ de
ſuo lumine lumen accendit ſed ſibi retinet lucem et accipienti te/
nebras aufert Jnueni apđ ſanctum gallū quod ſueuorum ē opidū
in veteri monaſterio bibliothecam ꝑuetuſtam Ubi et libros repi
ornatiſſime conſcriptos quorum auctores fuerūt Theutones Mi/
rabar cur hodie nihil eloquentie his in regionibus eluceret Sed
venit in mentem apud ytalos quoq; tempus fuiſſe q̊ ſepulta di/
cendi facultate barbarorum inſcitia dominabatur Ante centum
ferme annos et antea trecentis quadringentiſq; nō inuenies qui ꝑ
ytaliam ſermonem habuerit terſum et lucidum Sic pingendi ſcl/
pendiq; accidit arti Si ducentoꝝ trecentorūq; annorum aut ſculp/
turas intueberis aut picturas inuenies non hominem ſed mōſtro/
rū portentorumq; facies Priſcis vero ſeculis appellem atq; zenſim
policletum phidiam et praxitelem magnos fuiſſe compimus ⁊ de
ſtatuarijs quidem ipſi videmus et virgilio fidem habemus dum
ait Credo equidem viuos facient de marmore vult9 De pictori/
bus vero teſtimonia ſunt clariſſimorum virorum qui profecto mi/
me tantis eos preconijs obtuliſſet ſi picturā n̄ aſpexiſſet ſculpture

vl' ſimilē vl' illa pulchriorē Sed ecce iā reuixerūt ſculpēdi pigēdiq
diſciplie Reuixit etiam eloqēcia et nr̄o quidē ſeculo Apud ytolos
maxie florꝫ Spera idē i theutoia futurꝫ ſi tu tuiq ſiles ꝯtiūare ꝛ ā/
plecti totis conatibꝫ oratoriā decreueritis Accepi apō Nurēbergā
plebanū ſcti Sebaldi virū grauem tua permotū ſuaſione multis
lucubrationibꝫ hyſtoriā atqꝫ rhetoricā ꝓſequi Diligo ego vos ā/
bos q̄ patriā moribꝫ ornātes etiā lr̄is munire ſtudetis Ceterꝫqꝫ de
nilo fuit hodie vobis ſmo n̄ video q̄ pacto ex paradiſi mēte ꝓgredi
poſſit Paradiſū nāqꝫ terreſtrē quā deliciarꝫ vocāt i oriēti poſitam
volūt Atqꝫ ex ipa eufraten fluere q̄ ſcptura tigri appellat q̄uis et
tigris ali9 in armenie regione caput tollat q̄ ſolino teſte eufraten
fluuiū i pſicū defert ſinū Nilus vero a mōte iferiorꝫ mauritaie q̄
occeano ꝓpiquat originē hꝫ Sic affirmare ferūt puiti libri ꝛ iube
regis ſcp̄ta ſi ſolino credim9 Et h̄ nūc latēs nūc apparēs diūſ ar/
gumētis deprehendit Is eſſe q̄ irrigat egiptū et ti9 eſt affrice atqꝫ
aſie licet lucāo hui9 origo flūis icogita videat dū ait egēs ſiq̄ iacꝫ
naſcēti cōſcia nilo Vale et qō vobis fieri debuiſſet ſcripris accipe
Ex nouaciuitate p̄die kl' februarij 1449

Eneas Silues poeta imperialiſqꝫ ſecretarius Magnifico et gene/
roſo dn̄o . dn̄o Henrico comiti de lupffen S . d .

IN ſcriptis veterum tria iuenio q̄ nr̄i pti negligūt pti aſſeq̄
n̄ valēt Elegātiā ei et ḡuitatē ſn̄iarꝫ q̄b9 vetuſti codices
redolēt neq̄ūt nr̄i ſeculi hoīes imitari Qō vſitatiſſimū euo
p̄ori fuit allocutiones ſigulares enūctiare et ſe i epiſtolarꝫ capite
ponē h̄ poſſēt nr̄i Sꝫ ſupia q̄dā ignorātia decepti dū blādiri volūt
ōnē orōis textū ꝯfūdūt Vos precor inquiunt vobis ſupplico ce/
ſar veſtram maieſtatem appello Veſtrum officium imploro vr̄am
clementiam obteſtor Reddite iudicium iudicium inopi Judicate
potentem meam calamitatem reſpicite nemo vos magis q̄
iuſticia moueat ceſar Et in hunc modum infinita hoc et mihi
facere liceret Sed veterē morē magis cōmendo et cū ſūmos illos

Imitari ſapientes in eloquencie atqꝫ philoſophie ſtudijs nequeã
In hac certe parte ipſorum veſtigijs inherebo Ideoqꝫ te q̃uis cla/
ro ſaguine cretus et multa doctrina ſis fretus ſingulari appellatio/
ne ſaluto Et ſicut Julio ceſari ſcribens cicero ſe anteponebat Sic
et tu equo animo feres eneam tuum in ipſo primo epiſtole angulo
intueri quia non arrogantis eſt ſed veteres Imitantis quorũ igõ/
rantiam modernorum ſcientie p̄fero Nunc quid ex te velim pau/
cis accipe Retulit mihi vir mitis et mihi amiciſſimus ymmo alt̃
ego Michael de pfullẽdorf nõriꝰ Imperial' te pluribꝰ libris ha/
bundare quorum nomina etiam mihi ſcripſit Inter illos nõnulli
ſunt quos viſere cupio non ꝙ antea non perlegerim ſed ꝙ diu il/
lis carui Et ſicut amicus poſt magnam temporis intercapedinem
auidus eſt amici vidẽdi ſic mihi cupiditas ẽ contubernales illos
meos quibus nimium priuatus fui in domum recipere et per ali/
quod tempus eſſe cum eis . hoc poteſt mihi preſtare humanitas
tua vt me michael inſtruxit Eſt enim apud te ouidius de triſtibꝰ
de arte amandi : et amoris remedio Terencius q̃ꝫ comicus. ⁊ Je/
ronimus in epiſtolis Quos tam expeto relegere q̃ꝫ nunc paſchalẽ
adeſſe diem vt piſcibus atqꝫ oleribus et oleo ſemotis veſci carnibꝰ
poſſim . Quod deſiderium ſi tua benignitas impleret magno me
tibi nexu retinebis obnoxium . Erubeſco dum ſic ſcribo Namque
cum nulla inter nos vſura preceſſerit nullaqꝫ nocio : temerarium
quodammodo videtur me beneficium ex te petere Quiſq̃s eni
poſcere aliquid cupit ante omnia ſeſe debet metiri et an impetratu
ſit dignꝰ rigida trutinare cenſura ne poſtulatis carens ⁊ damno ⁊
irriſione mulctetur Sed neqꝫ ego hoc pretermiſi Sunt enim non/
nulle rationes que mihi ſpem faciunt te meis votis annuiturum
quas breuiter tibi exponam ne me temere atqꝫ inconſulte motum
iudices .Omnes qui libros cumulant aut oblectari ills : et fieri le/
gendo piciores cupiunt . aut videri amatores ſapientie volunt . vt
tranſeuntes per viam digitulis monſtrentur . Hij ſunt qui mag̃s
et precioſas habent bibliothecas In quorum pluteis Ariſtoteles
plato Cicero Seneca Virgilius Liuius et omnis vetuſtas deli/
teſcit priores quidem vt gaudium perfectum habeant opuſcula

cõmunicant ! comodant ! et incomodatũ recipiunt tranſcribi ꝑmit/
tũt .et tãto magis exultãt : q̃nto vulgacioꝛa ſapiẽtum viroꝝ volu/
mina cõſpicant̃ . Alij vero tãꝙ theſauꝝ libros ꝛcõdũt : ꝛ coꝛrodi
pociꝰ tinea ꝛ opizis muribꝯ ferũt ꝙ iaꝑtũ dare velint nec tã dili/
gẽter vellꝰ aureũ draco cuſtodiebat ꝗ̃ aditũ oꝛci cerberꝰ ꝙ iſti ſu/
os libros q̊ꝝ dũtarat margibꝯ et aureis bullis oblectãt̃ : nũꝙ qᵭ
ĩteriꝰ ſit legẽtes ꝗ̃ ĩtelligẽtes. ꝙ ſi tu exhijs eſſes nũꝙ vl' tibi ſcbẽ
vl' te alloqui tẽptaſſẽ. Sʒ aiũt oẽs q̇ te norũt ſileʒ illis ṗoꝛibꝯ eſſe
q̇ poetas ꝛ oꝛatoꝛes nõ ut ĩ tetro carcẽ claudas ſʒ vt ad tuã ꝛ ꝯmu/
nem vtilitatẽ publices emere ꝯgregareqꝫ ſtudes . Aiũt preteria te
foꝛe ĩ oibꝯ rebus liberalẽ benignũ munificũ et in õnes hoĩes tum
ĩ eos q̇ tuoꝝ ſtudioꝝ amatores ſũt largũ atꝫ beneficũ his ergo al/
lectꝰ moꝛbꝯ decreui has meas lrãs ad te dare teʒ hoꝛtari rogare ob
ſecrareqꝫ vt ꝑ aliqᵭ tꝑꝰ ĩ vſũ meũ oꝛatores et poetas q̃s ꝑ̄ſcripſi ve
nirẽ ꝑmittas qm̃ ad te nihilo peioꝛes reuertent̃ ſed pociꝰ ꝑ ridẽ/
cia prata ꝛ floꝛidos agros verni tꝑe trãſeũtes mecũ poſtquã conſa/
bulati aliquãtiſper fuerit tãquam recreati alacrioꝛes te repetent ꝙ
nullꝰ eſt tam gratꝰ locus Nulla ſocietas tam iocũda cuiꝰ nõ aliq̃
emergat ſocietas . Miſſos igt̃ illos fac vt nõ ſolũ mihi ſed vt ipſis
etiã geras morem Ad hec accedit michaelis que apud te eſt fami/
liaritas huc etiã placebis et is vadem cum dño vilhelmo tacet ꝓ/
thonotario regio et tui obſeruãdiſſio ſe dabit libros nõ ituros eſſe
ſiſtroꝛſũ ſʒ ad te pura fide remeaturos Modo et tercium qm̃ mihi
etiã libri ſũt quoꝝ te potero cũ voles ꝑticipẽ facere et ſic viciſſi tu
meis vteris et ego perfruaꝛ tuis Ut ergo finem epiſtole donem
credo me nõ eſſe ſtulta petitione vſum ſed id poſtulo qᵭ moꝛibꝯ
tuis eſt cõſentaneũ cõcedere tute mihi potes anuere ſi tua eciã ĩ eo
ꝯſat̃ vtilitas ſi nõ ſolũ meã ſʒ eciã michaelis amãtiſſi tui cõmodita/
tem ꝓmoueo Tu fac vt ratione pociꝰ obtineã quam ceca foꝛtuna
repellar mihiqꝫ vti mancipio Impera datũ ĩ nouaciuitate auſtrie
ſ°. ydꝰ apꝛilis 1444

8295 x 96


colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A B C D E F G H I J K L M N
x·rite
0 1 2 3 4 5 6 mm